



11 | 2018 2018

> Articles

Élisabeth Sauze,

Du bon usage des terres gastes : le témoignage des Brignolais en 1315

Mémoires des princes angevins 2018 n° 11, mis à jour le 28/12/2018, consulté le XX/XX/XXX, URL : <https://mpa.univ-st-etienne.fr>

1315 transcription

1311, 6 novembre-1315, 16 octobre. Brignoles.- Procès entre la communauté de Brignoles et Poncius Bernardi de Château-Royal au sujet des droits d'usage des habitants sur les terres gastes. Original, parchemin composé de 46 feuilles collées l'une à l'autre, A.C. Brignoles, FF 04, parchemin dit de 30 mètres.

Le document est en très bon état de conservation, sauf une petite déchirure à la ligne 6 de la 3^{ème} feuille et une déchirure transversale en zig-zag grossièrement recousue qui affecte les lignes 57 à 68 de la 11^e feuille sans provoquer de lacune, d'une même écriture de la première ligne à la signature finale, avec une grande lettrine ornée à l'initiale. Les marges contiennent quelques notes de mains et d'époques différentes. Les plus anciennes (XVe s. ?) ont pour but de faciliter la consultation du document : numérotation (incomplète) des articles de l'interrogatoire et des témoins entendus lors de la première enquête. Un peu plus tardive peut-être, la numérotation des feuillets de parchemin, collés les uns aux autres avec tant de soin que les raccords sont difficiles à détecter, a sans doute été l'œuvre d'un employé chargé de la conservation et de l'archivage de la pièce. D'une écriture du XVII^e s., enfin, quelques notes (plusieurs illisibles) relatives au contenu du texte et le titre porté au dos : « Instrument contenant les terres tasquables à la cour royale et les facultés que les habitans de la ville de Brignolle » sont probablement dues à un notaire ou un avocat amené à examiner la valeur juridique du document. Seules ces dernières seront signalées dans la transcription.

En l'absence de foliotation, pour faciliter le référencement des index, le texte a été divisé en chapitres numérotés entre crochets.

[1] In nomine domini nostri Jhesu Christi, amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo trigesimo quinto decimo, die sexto decimo mensis octobris quarte decime indictionis, cum questio diutius ventilata extiterit coram nobis Petro Audeberti, de Aquis, milite, in comitatibus Provincie et Forcalquerii thesaurario et vicesenescallo, inter Poncium de Castro Regali nomine suo proprio ex parte una et Giraudum de Auriolo, nomine suo proprio et defensorio, executorio et petitorio nominibus universitatis hominum ville Brinonie ex parte altera, occasione cuiusdam gasti olim dati ad acustum seu in emphiteosim [a]¹ regia curia, quodquidem gastum est situm in territorio Brinonie loco dicto *lo Cros d'Autran*, ad tascam terrarum calendarum prestandum ipsi curie et ad censem pecunie annis singulis similiter prestandum ipsi curie, per Raymundum Hugonem de Brinonia quondam, qui dictum gastum a curia ipsa dicitur acaptasse et postmodum commutasse cum quadam vinea dicti Poncii sita in territorio Brinonie, loco dicto *Colla de la Cautz*, quodquidem gastum confrontatur ab una parte cum terris Raymundi de Auriaco et cum terris Petri Scolorit et cum Colle Sancti Poncii et cum terra domini Hugonis Guiberti et cum terra *dels Clementz*, ut predicta constare dicuntur quodam publico instrumento scripto manu Johannis de Turribus. In quoquidem gasto ipse Poncius facit defendatas et interclusas et nutrit arbores quercores et alias arbores, quas defendatas et interclusas certi homines de Brinonia et ipsa universitas pridem cum suis averibus pascerunt in ipsius exponentis dampnum et injuriam manifestam gaisias² et garrotas³, illud idem quercores etiam scinderunt et depopularunt in diminutionem valoris predicte, ut ipse idem Poncius asseruit in supplicatione quam olim obtulit in causa presenti domino Riccardo Macze, olim dictorum comitatum majore judice et vicesenescallo, in qua supplicatione petiit sibi de oportuno remedio provideri, dando per suas litteras in mandatis officialibus Brinonie presentibus et futuris ut predictos delinquentes punirent per modum debitum ; ipsa universitate seu defensore ejusdem dicente predicta fieri non debere cum predicta jure suo fecerint quod dicunt se habere in dicto patuo et patuis aliis territorii ville Brinonie supradicte et non in injuriam supplicantis prefati. Quiquidem dominus Riccardus Macza per suas litteras dedit officialibus Brinonie in mandatis quatinus ipsius supplicationis inspecto tenore de jure universitatis predicte quod in usu patuorum pretenditur necnon et de jure partis utriusque se diligentius informarent et quicquid inde compertum esset rescriberent ut hec et alia in ipsis litteris plenius et seriosius continentur, quarumquidem litterarum [tenor]⁴ per omnia talis est ut ecce :

[2] Riccardus Macza, de Salerno, juris civilis professor, comitatum Provincie et Forcalquerii major et primarum appellationum judex ac domini senescalli ipsorum comitatum vicegerens, bajulo et clavario Brinonie salutem et amorem sincerum. Supplicationem nobis oblatam per Poncium de Castro Regali, habitatorem Brinonie, ecce nobis interclusam presentibus mittimus et mandamus expresse auctoritate qua fungimur in hac parte quatinus ipsius supplicationis inspecto tenore de jure universitatis quod in usu patuorum pretenditur necnon et de jure partis

¹ Mot omis.

² Prov. *gaiocco* = gesse, *lathyrus sativus L.*, légumineuse sauvage, parfois cultivée comme fourrage.

³ Prov. *garouto* = vesce, *vicia sativa L.*, autre légumineuse sauvage de la même espèce que la fève, également cultivée comme fourrage.

⁴ Mot omis.

utriusque vos diligentius informantes nobis quicquid inde comperitis rescribatis ita quod aliud quam inde scripseritis imposterum reperiri non possit. Datum Aquis per nos Riccardum Maczam de Salerno, juris civilis professorem, majorem judicem supradictum, die secundo madii X indictionis.

Magnificencie egregii viri domini vicesenescalli exponit humiliter Poncii de Riali, habitator Brinonie, quod Raymundus Hugonis de Brinonia annis preteritis acaptavit seu ad emphiteosim accepit a curia regia quoddam gastum ipsius curie situm in territorio Brinonie loco dicto *la Cros d'Autran* ad tascam videlicet terrarum calendarum prestandum ipsi curie et ad censem pecunie annis singulis similiter prestandum, quod gastum confrontatur ab una parte cum terris Raymundi de Auriaco et cum terris Petri Scoloriti et cum Colle Sancti Poncii et cum terra domini Hugonis Guiberti et cum terra *dels Clementz*. Item exponit idem Poncii quod dictus Raymundus Hugo gastum illud sic confrontatum, cultum et non cultum, sub premisso dominio permittavit cum ipso Poncio pro quadam vinea dicti Poncii sita in territorio Brinonie loco dicto *la Colla de la Cautz*, prout hec patent quodam instrumento scripto manu Johannis de Turribus notarii. In quoquidem gasto ipse Poncii facit defendutas et interclusas et nutrit arbores quercores et alias arbores, quas defendutas et interclusas certi homines de Brinonia pridem cum suis averibus pascunt pridie in ipsius exponentis prejudicium et injuriam manifestam gaisierias⁵ et garoterias⁶, illud idem quercores etiam scindunt cotidie et depopulant in diminutionem valoris possessionis predicte in quo jus curie cotidie minoratur. Verum, cum nobiles Brinonie et alii habitantes libera gasta quando dant in emphiteosim incontinenti defendunt in cindendo arbores in illis defendutis et interclausis, dominus noster rex deterioris conditionis non debet esse quam sint nobiles et alii prelibati cum majorem prerogativam habere debent in similibus et aliis que eveniunt cotidie. Quare supplicat idem pauper homo amore Dei et pietatis intuitu ut idem dominus vicesenescallus per suas litteras dare dignetur officialibus Brinonie presentibus et futuris ut predictos delinquentes per modum debitum puniant et delinquentes alios in futurum non alias oportenteret quod possessionem ipsam vacuam dimitterent domino nostro regi quod esset miserabile exponenti, de qua permutatione supradicta paratus est facere fidem per instrumentum, significando etiam quod pro predictis depopulandis, destruendis seu pascendis de quibus supra facta est mentio congregaverunt se seu coadunaverunt nonnulli de Brinonia usque ad XXV homines vel circa, quare supplicat ut supra cum congregationem seu conventiculam fecerint pro eisdem.

[3] Denuo pro parte ipsius universitatis fuerunt producti et per ipsam curiam Brinonie recepti et hinc inde instrumenta varia et diversa, quorum titulorum, testium super hiis receptorum et processus facti super hoc coram nobis necnon et instrumentorum ipsius parte productorum pro ejus super premissis intentione fundanda tenor talis est per omnia continentie subsequentis : Anno Domini millesimo ⁷ trigesimo undecimo, die sexto novembris, constituti Guillelmus Giraudi, domicellus, et Giraudus de Auriolo de Brinonia, executores universitatis hominum ville Brinonie, in curia regia Brinonie coram Raymundo Hugone vicebajulo ibidem et obtulerunt nomine dicte universitatis in presencia Poncii de Regali et Petri Sestaroni capitula infrascripta quorum tenores tales sunt ut ecce, super quibus capitulis petierunt supradicti

⁵ Dérivé du prov. *gaisso* = champ de gesse.

⁶ Prov. *garoutier* = champ de vesce.

⁷ 2^e feuille.

nomine quo supra recipi et audiri testes quos producere volunt et intendunt super premissis ad informandum dominum judicem, dominos bajulum et clavarium curie Brinonie de jure, usu et consuetudine quam, quod et quem habent et habuerunt in patuis seu gastis et territoriis dicti loci Brinonie homines dicti loci. Offeruntur tituli infrascripti pro parte universitatis hominum tam militorum quam populorum dicti loci, super quibus petunt testes producendos pro parte dicte universitatis recipi cum diligentia qua convenit et audiri ut inde dominus major judex et locumtenens domini senescalli possit juxta suarum continentiam litterarum informari, hac protestatione premissa quod non astringunt se homines dicte universitatis ad omnia et singula in ipsis capitulis contenta probanda sed solum et ea que sibi sufficient ad ipsorum intentionem fundandam.

In primis probare intendunt pro parte dicte universitatis quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt in patuis omnibus et gastis territorii dicti loci Brinonie rumpere, lignairare, glanejare, fustejare et avere ipsorum in eis tenere et pastorgare et venationes in eis facere et omnes alias usus et alia omnia in omnibus locis supradictis non seminatis exercere in territoriis eorumdem sine prestatione alicujus banni.

Item intendunt probare pro parte dicte universitatis quod de predictis omnibus contentis in dicto titulo homines dicte universitatis ville Brinonie sunt et fuerunt in possessione seu quasi pacifice et quiete per X, XX, XXX, XL annos et per tantum tempus quantum per testes poterit reperiri.

Item intendunt probare pro parte hominum dicte universitatis, si reperiatur quod officiales dicte curie dederint gasta seu patua dicti territorii ad acaptum seu in emphiteosim, quod illa data fuerunt salvo jure universitatis hominum dicti loci.

Item intendunt probare pro parte dicte universitatis quod de rumpitis⁸ factis per unum vel plures hominum dicte ville in patuis seu gastis territoriorum dicti loci Brinonie alias dicti loci seu alii intrabant in possessionem dictarum rompitarum excolendo eas et seminando, extracto tamen suo maутragio⁹ per illum vel illos qui fecerunt primo rumpitas supradictas per duos vel tres annos sine licencia alicujus persone et consensu, salva tamen tasca curie supradicte.

Item probare intendunt pro parte dicte universitatis quod illi qui de patuis ipsis et gastis acaptaverunt tradiderunt pro acapto modicam [quantitatem]¹⁰ pecunie nomine acapti et ob hoc acaptaverunt de dictis gastis et patuis quod aliqua alia persona non se immitteret rumpendo vel aliter in patuis seu gastis acaptatis per eos in dictis locis.

Item intendunt probare pro parte dictorum hominum quod curia regia dampnificata est in dictis gastis et patuis pro annis singulis de centum sestariis bladi et ultra eo quia illi qui acaptaverunt gasta non excolunt nec excolere possunt vicesimam partem rei acaptate et de illo quod non excolitur seu cultivatur dicta curia perdit tascam et ideo dampnificatur.

Item intendunt probare et fidem facere pro parte universitatis predicte quod locus appellatus Bona Garda¹¹ et locus appellatus *Cros d'Autran*¹², quem locum de Bona Garda prout dicitur

⁸ Rumpita, forme latinisée du prov. *roumpido* = novale, terre nouvellement défrichée.

⁹ Ancien prov. *maltrach* = peine, labeur.

¹⁰ Mot omis.

¹¹ Aujourd’hui Bonnegarde, massif de collines dans l’angle sud-est de la commune de Brignoles, limitrophe de Camps-la-Source, de Garéoult et de Forcalqueiret.

acaptavit Guillelmus Sestaroni pater Petri Sestaroni quondam, sunt in territorio et infra territorium et de territorio dicti loci Brinonie et confrontatur dictus locus de Bona Garda cum camino quo itur versus Tholonus et cum territorio de Forcalquiero et cum territorio de Gareudo et dictus *Cros d'Autran* de quo agitur confrontatur cum terra Raymundi de Auriaco et cum terris Raymundi Scolorit quondam et cum Colle Sancti Poncii¹² et cum terra domini Hugonis Guiberti.

Item¹⁴ intendunt probare pro parte dicte universitatis quod de omnibus et singulis in dictis capitulis contentis est fama publica inter gentes dicti loci et aliorum locorum circumstantium. Quibus capitulis oblatis et lectis in presencia predictorum Poncii et Petri vulgariter, dictus Poncius petuit sibi dari transcriptum dictorum capitulorum et diem sibi assignari ad faciendum interrogatoria super eisdem.

Et dictus vicebjulus, concessa copia transcripti dictorum titulorum dicto Poncio, prefixit sibi terminum quinque dierum ad faciendum interrogatoria sua, assignans predictis executoribus spatum quinque dierum pro prima dilatione ad testes suos producendum super capitulis supradictis. Postque dictus vicebjulus precepit dicto Poncio ut, cum citatus fuerit ad videndum jurare testes quos producere intendunt dicti executores, veniat ad videndum jurare eos, alioquin precepit mihi Jacobo *Malsanc*, notario hujus cause, quod, si dictus Poncius cum pro predictis citatus fuerit non venerit termino sibi prefixo, quod non obstante ejus absencia juramenta dictorum testium recipiam diligenter et examinationem etiam eorumdem.

[4] Anno¹⁵ quo supra, die XIII^o novembris, constitutus in curia Brinonie predictus Poncius de Castro Regali, et cum, ut asserebat, facere haberet et non posset venire ad videndum jurare testes quos producere intendunt predicti executores, juramenta testium producendorum per eos et examinationem eorum commisit fidei mee Jacobi *Malsang*, notario dicte curie, presentibus Lioncio Lombardi et Bonifacio de Villamuris.

[5] Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, die quinto decimo novembris, Petrus de Puteo de Brinonia, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi diligenter lecto et exposito juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo s[c]¹⁶it, dixit quod visu et auditu et pro possidere. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit et audivit quod ipse in terris gastis et patuis territorii ville Brinonie laboravit, rumpivit, pastorgavit cum suo averi et ligna et arbores in eis a planta pedum arborum usque ad frondes ipsarum abcisit et lignairavit sine alicujus persone contradictione et prestatione banni necnon et venatus fuit. Et illud idem vidit et audivit de omnibus sibi convicinis sicuti de se dixit, qui tam ipse quam singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt predicta omnia in ipsis gastis et patuis exercere ac si

¹² Le nom, conservé au lieu-dit le Cros du Dran, dans la commune de Cabasse (1812 E1, E2 ; IGN), devait s'étendre à l'ensemble du bassin de Candumy (autrefois dans la commune de Cabasse, aujourd'hui dans celle de Flassans-sur-Issole).

¹³ Toponyme non conservé. Il pourrait avoir désigné l'église de l'ancien *castrum* de Candumy, tout proche de la limite des communes de Brignoles et de Flassans-sur-Issole, à environ 700 m à l'est de Barbaroux.

¹⁴ Note en marge gauche au-dessus d'un manicule : Bona Garda.

¹⁵ Note en marge gauche : primus testis.

¹⁶ Lettre omise.

essent eorum propria sine prestatione banni ut supra dixit. Interrogatus a quanto tempore citra predicta usi sunt exercere et quantum tempus lapsum est, dixit quod a memoria ejus citra, videlicet a quinquaginta annis citra vidi premissa omnia ut supra dixit exercere. Interrogatus de presentibus, dixit quod quando ipse deponens expressata per eum exercebat fuerunt presentes prout recordatur *dan*¹⁷ *Clement*, *Jacobus Rudella*, *Guillelmus Berardi*, *dan Aymet* quondam, *dan Clavellus* et generaliter quicumque vellet videre et tot alii quod non posset de nominibus recordari et ita poterunt de aliis videre sicuti de ipso. Interrogatus si omnes homines dicte universitatis usi sunt et fuerunt predicta /¹⁸ exercere an singulariter singuli et si omnes vel singuli, dixit quod omnes homines dicte universitatis et singulariter singuli et omnes vel singuli tam de die quam de nocte predicta usi sunt exercere et fuerunt videlicet illi omnes qui predicta exercere voluerunt. Interrogatus de nominibus predictorum, dixit quod prenominati per eum usi fuerunt et sunt predicta exercere et Hugo Barbanus quondam, Hugo Blancus, Hugo Bausani, *dan Aniat*, *dan Gatinel*, *dan Joseph*, Stephanus Gralla, Petrus Bonetti, Petrus Berardi et tot alii quod non posset de eorum nominibus recordari et generaliter omnes alii dicte universitatis volentes premissa exercere usi fuerunt exercere prout supra dixit. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi sunt facere predicta contenta in primo titulo, dixit quod sic. Interrogatus in quibus patuis et gastis predicta exercerunt, dixit quod versus *Poutz Foran*, versus *Cavueiram*, versus *Silvam*, versus *Signolam*, versus *Gandalon*, versus *Planas d'Englies* illud idem et versus *Collam de Sancto Poncio* et versus *Crucem de Campduemi*. Interrogatus cuius sunt et fuerunt illa patua et gasta, dixit quod antiquitus tenebantur per serenissimum dominum Karolum bone memorie antiquum qui erat comes Provincie et fuit rex Sicilie et subsequenter tenentur sub dominio successorum prefati domini regis. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti per dictos successores domini nostri regis vel fuerunt concessa aliquibus personis ville Brinonie per curiam regiam in acustum seu in emphiteosim ad tascam dandam dicte curie, dixit quod sic prout audivit. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt predicta facere que in dicto titulo continentur impune, dixit quod audivit quod, postquam fuerunt sic concessa per curiam, aliqui defendere exercere nituntur. Interrogatus in quibus locis vidi rumpere et exercere contenta in dicto titulo, dixit quod in locis superius per eum designatis. Interrogatus si ante concessionem predictam vidi exercere vel post, dixit quod ante et post. Interrogatus unde dicitur usus, dixit quod quando aliquis potest ire ad fontes ad auriendam aquas et habet passagium per aliquem locum alterius vel facere potest palam et publice vel exercere aliqua. Interrogatus quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usum quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus usque nunc prout ipse vidi et audivit a patre suo. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in emphiteosim per ipsam curiam, dixit quod nescit. Interrogatus cuius generis erat avere cum quo utebantur et usi sunt in dictis patuis et gastis pascere, dixit quod boves, vacie, capre, oves et porci. Interrogatus que animalia venabantur in ipsis locis, dixit quod cuniculi, lepores, perdices et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit seminatum in predictis patuis et gastis, dixit quod annona, siligo, consiligo, legumen, palmola et avena.

¹⁷ prov. *dan*, variante de *don*, forme populaire mais, on le voit bien dans ce texte, pas équivalente du latin *dominus*, que le notaire réserve aux nobles de haut rang.

¹⁸ 3^e feuille.

Interrogatus super secundo capitulo sibi lecto et exposito diligenter, dixit juramento suo ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo et qualiter sit, dixit quod visu et auditu prout in depositione per ipsum facta super primo titulo dixit et depositus. Interrogatus si homines dicte universitatis universaliter universi et singulariter singuli sunt in possessione et fuerunt vel quasi predicta exercendi, dixit ut in prima. Interrogatus de nominibus predicta possidentium, dixit ut supra in depositione prima. Interrogatus si illa possessio in qua dicunt se esse homines dicte universitatis est civilis vel naturalis, dixit quod nescit aliter nisi quod sicuti esset de patrimonio eorum ita audacter possedunt ipse et alii prout supra testificatus est. Interrogatus que est differentia inter ipsas possessiones, dixit quod credit majorem et meliorem esse naturalem quam civilem.

Interrogatus super tertio capitulo sibi lecto et exposito diligenter juramento suo dixit se nichil scire super eodem.

Interrogatus super quarto capitulo, juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod idem deponens et pater suus quondam in quadam rumpita quam fecerat quidam nomine Datal et Bertrandus Novelli et Albini immiserunt se sine requisitione alicujus et ibidem seminaverunt et plures alii illud idem fecerunt de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem dictarum rumpitarum, dixit quod apud Fontem *Campduemi* et *apud Cros d'Autran* et in pluribus aliis locis ; per quas personas et qui fuerunt intrantes, dixit ut supra. Interrogatus quid ibidem seminaverunt, dixit quod annonae. Interrogatus de quantitate, dixit quod de quantitatibus non recordatur, de blado dixit ut in prima depositione. Interrogatus si integre prestabatur hujusmodi tasca ex dicta causa curie regie, dixit quod sic. Interrogatus que persone prestabant hujusmodi tascam et quibus personis, dixit quod ipse et alii supra per eum nominati in prima depositione et tasquerii qui tunc erant. Interrogatus qui erant illi tasquerii, dixit quod Raymundus Niger et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus si cum aratis vel sine aratis seminabantur, dixit quod cum aratis et ligonibus.

Interrogatus super quinto capitulo, juramento suo dixit se nescire nisi auditu aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super sexto capitulo, juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit quod, antequam hujusmodi gasta et patua fuissent ad acustum concessa, quod homines dicte universitatis rumpebant et excolebant in ipsis, ex quibus magnum profectum habebat curia. Nunc autem illi qui ea ad acustum habent acceperunt tantam amplietatem quod inde octavam partem non possunt excolere, immo quod, [ubi]¹⁹ unus acaptavit, in ipso acapto poterant vivere sex vel septem homines excolentes inibi et quasi major pars ipsarum terrarum excolebatur, de qua curia habebat tascam et tunc per ipsos qui ea ita habent ad acustum non possunt ea excolere, quare multum dampnificatur. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum offerunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Poncius de Castro Regali et alii qui hujusmodi acapta habent. Interrogatus in quanta quantitate bladi dampnificaretur curia anno quolibet, dixit quod in quadraginta sestariis et plus. Interrogatus si

¹⁹ Mot omis.

illa patua seu gasta possunt excolere, dixit quod non. Interrogatus de quibus patuis et gastis acaptatis non cultis curia non habuit aliquem partem et per quas personas, dixit quod per Scoloritum qui magnum patuum tenet circa terciam partem unius leuce, quod non excolitur et inde dicta curia dampnificatur in tasca.

Interrogatus super septimo titulo, dixit verum esse quod dictus locus de Bona Garda et locus de *Cros d'Autran* sunt de territorio Brinonie et infra territorium ejus confrontati cum confrontationibus in ipso titulo designatis.

Interrogatus super VIII capitulo, dixit juramento suo ita esse ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quid est fama publica, dixit quod id quod publice dicitur inter gentes. Interrogatus quot homines faciunt famam, dixit quod tres. Interrogatus inter quos est fama de premissis, dixit quod inter gentes de Brinonia, de Campis, de Vallo et Artacella circumstantiis locis.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et de universitate hominum dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus dicte ville, dixit quod sic, Giraudo de Auriolo et pluribus aliis. Interrogatus in quo gradu, dixit quod habet filias et felesenos et alios attinentes quamplures. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod sexaginarius est. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod in viginti libris est in libra. Interrogatus si odio, amore vel timore testimonium perhibet, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[6] Die XVI novembris, Johannes Amelii²⁰, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo titulo requisitus, juramen²¹to suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod a viginti annis²² citra idem deponens traxit moram in villa Brinonie et vidit quod tam ipse quam homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in terris gastis et patuis exercere omnia contenta in ipso capitulo sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus dictorum hominum predicta utentium et facientium, dixit quod tam ipse quam etiam Guillelmus Berardus, Petrus Amelii, Petrus de Puteo, Raymundus Gairardi, Constantinus, Raymundus Poncii, Hugo Barberii et indiferenter generaliter omnes²³ gentes minute ville Brinonie rumpebant, seminabant, lignairabant, pastorgabant et venabantur in dictis patuis et gastis, reservata tamen tasca curie domini nostri regis. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi fuerunt exercere predicta, dixit quod sic videlicet in illis que²⁴ sub dominio regio tenebantur. Interrogatus que sunt illa patua et gasta et cuius sunt et fuerunt, dixit quod *la Silva*, *Cros d'Autran* que tunc erant curie regie, nunc autem tenent ad acustum Silvam Petrus Ayglesuni, Bertrandus de Reali, liberi Fulconis Bonardi et filii Hugonis Barbani et *Cros d'Autran* tenet Poncius Bernardi et Signolam tenet Scolorida, quequidem patua ipsi prenominati tenent et asserunt quod acustum habuerunt a curia regia. Interrogatus si illa patua tenent et possident impresenti vel fuerunt in acustum aliquibus concessa ad tascam, dixit quod tradita fuerunt ut supra dixit prenominatis per eum prout audivit ad tascam in acustum. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis

²⁰ Note en marge gauche : 2 testis.

²¹ 4^e feuille.

²² Ms. diebus.

²³ Note en marge gauche : Terres gastes n'estoint point toutes au roy et de certains cartiers apartenans au roy..

²⁴ Ms. quod.

homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt facere contenta in dicto titulo impune, dixit quod non, immo prohibitur. Interrogatus quos homines vidi rumpere in predictis patuis et alia facere que in ipso titulo continentur, dixit quod prenominatos supra per eum et in patuis supra declaratis. Interrogatus si ante concessionem vel post vidi premissa exercere, dixit quod ante et non post. Interrogatus quid inde dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur et si usus allegatus per dictam universitatem fuit continuus vel interceptus, dixit quod continuus fuit usus predictus quounque fuerunt ipsa patua ad acustum concessa et de aliis dixit se nichil scire. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in emphiteosim per ipsam curiam, dixit quod nescit. Interrogatus quod avere erat illud cum quo dicuntur usi in ipsis patuis et gastis et que animalia venabantur aut lepores aut cirogrillos vel alia animalia silvestra, dixit quod illud avere erat diversi generis videlicet vacce, boves, oves, porci et eque venabanturque cuniculi, lepores, vulpes et alia silvestra animalia quando ipsi reperiebantur. Interrogatus quod bladum fuit in ipsis patuis seminatum, dixit quod annonae, consilagine, palmole et avene et alia blada.

Item interrogatus super secundo capitulo, dixit juramento suo predicta vidisse a tempore predicto in primo titulo per eum citra. Interrogatus si illa possessio erat domini nostri regis vel si erat naturalis vel civilis, dixit quod possessio erat domini nostri regis tamen ipsi usum suum faciebat in eis ut supra dixit.

Interrogatus super tertio titulo juramento suo dixit se nichil scire super eodem capitulo.

Interrogatus super quarto capitulo, juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidi et audivit, dixit quod ipse vidi interdum quod ipse deponens in *Croso d'Autran* rumpit et facta rumpita tum tenuit per decem annos vel circa et postea venit Raymundus Hugo et occupavit dictam rumpitam et intravit possessionem ejusdem. Interrogatus si per unum vel plures [annos]²⁵ in dictis patuis alius vel plures intrabant in possessionem dictarum rumpitarum excolendo eas et seminando ut inde extra habetur suum mastragium per illum vel illos qui fecerunt primo rumpitas, dixit se aliter nescire quam supra dixit. Interrogatus si tasca prestabatur integre curie ex dicta causa, dixit quod sic per eum et alios credit quod prestabatur illud idem.

Interrogatus super quinto capitulo, juramento suo dixit se nichil scire aliud nisi quod credit quod illi qui predicta acaptaverunt ob hoc ne alie persone essent ause intrare preter quam ipsi. Interrogatus super sexto capitulo, juramento suo dixit quod bene dampnificatur curia regia annis singulis de centum sestariis bladi et ultra eo quia illi qui acaptaverunt gasta non possunt vicesimam partem excolere ipsorum et de hiis que excolendum restant annuatim hujusmodi tascam. Interrogatus que sunt ille persone que predictum dampnum afferunt curie, dixit quod ille persone qui predicta gasta acaptaverunt. Interrogatus de quibus gastis et patuis dicta curia non habuit aliquam partem, dixit quod nescit.

Interrogatus super septimo capitulo dixit verum esse quod *Cros d'Autran* est infra territorium Brinonie et de ipso territorio et confrontatur cum confrontationibus in dicto capitulo contentis ; de loco de Bona Garda dixit se nichil scire.

²⁵ Mot omis.

Interrogatus super octavo capitulo et ultimo juramento suo dixit quod credit ita esse ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia aut attinet producentibus vel aliquibus hominibus de Brinonia, dixit quod non preterquam cuidam fratri ipsius deponentis. Interrogatus si est habitator ville Brinonie et si censemur de universitate, dixit quod sic. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod commodum speraret habere si ad pristinum reducebantur predicta gasta et patua eo quia haberet ubi laboraret. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod circa viginti libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quadrigenarius est vel circa. Interrogatus si odio, amore vel timore testimonium perhibet, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod vellet quod ad usum pristinum reduceretur.

[7] Anno quo supra die XVII^o novembbris, Aycardus de Brinonia, testis productus per dictos executores nomine universitatis predicte, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi lecto et exposito diligenter, juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur prout audivit dici et aliter nescit.

Interrogatus super secundo capitulo, juramento suo dixit quod ita audivit dici esse verum a pluribus ut in ipso capitulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super tertio capitulo dixit se ita audivisse dici quod ita est verum ut in dicto titulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit se audivisse quod verum est prout continetur in dicto capitulo et aliter nescit, dum tamen illa patua non essent tradita ad acustum.

Interrogatus super quinto capitulo dixit juramento suo se nichil scire.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit se nichil scire.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod illa loca sunt in dicto territorio Brinonie juxta confrontationes predictas in ipso titulo designatas prout ipse deponens vedit et fuit /²⁶ in dictas licas²⁷.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de predictis omnibus contentis in ipsis capitulis est publica fama in villa Brinonie et locis circumstantiis. Interrogatus quid est publica fama, dixit quod hoc²⁸ quod publice dicitur inter gentes. Interrogatus quot persone faciunt famam dixit quod nescit.

[8] Eodem die, Bertrandus²⁹, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus diligenter de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo, juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur salva tamen tasca curie regie de illis terris que seminabantur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et opere. Interrogatus quid vedit et operatus fuit, dixit quod ipse in dictis patuis lignairavit, fecit inibi

²⁶ 5^e feuille.

²⁷ Ancien prov. *leca*, prov. *leco* = pierre plate ; assemblage de pierres plates utilisé pour borner un territoire ou une propriété.

²⁸ Ms. hiis.

²⁹ le patronyme de ce témoin manque ; il pourrait s'agir de *Bertrandus de Reali* ou *Riali*, cité à 9 reprises comme usager et acaptant.

colligi et incendi carbones et cabrionos incindi et alia ad cooperiendum quandam turrim suam et vidit etiam pastorgare [homines]³⁰ Brinonie in eis et homines dicte ville rumpere, seminare et venari. Interrogatus quantum tempus est lapsus ab illo tempore citra, dixit quod quinquaginta anni lapsi sunt quod premissa vidit et postea usque nunc quod non vidit aliquis caveret premissa facere. Interrogatus de anno, mense, septimana, die et hora, dixit quod continue quasi vidit premissa a dicto tempore citra ut supra dixit et premissa vidit exercere per³¹ homines ville Brinonie singulariter singulos et universaliter universos tam per ipsum quam alios infinitos de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis sunt usi exercere predicta, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa patua, dixit quod Bona Garda, Amaron, Silva, Cros d'Autran, Englies, Vallon Balcos, Signola, Cavuera. Interrogatus cujus sunt et fuerunt dicta patua et gasta, dixit quod domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt concessa in acustum aliquibus personis ville Brinonie per dictam curiam ad tascam curie dandam, dixit quod aliqua fuerunt tradita ad acustum. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis homines dicte ville singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt facere predicta que in dicto titulo continentur, dixit quod sic. Interrogatus quos homines vidit rumpere et alia facere que in ipso titulo continentur, dixit quod tot quod non posset de nominibus recordari et premissa vidit ut supra dixit uti ante concessum alicui persone et post. Interrogatus unde dicitur usus et per quantum tempus inducitur usus et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus est id quod gentes dicunt et inducitur per decem annos usus et per quot personas credit quod per tres vel quatuor ; quot actus sunt necessarii ut acquiratur usus nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus prout ipse vidit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in acustum per curiam, dixit quod, licet data fuerint in acustum ipsa gasta, quod tenentur per ipsum et alios ut gasta et ita nuncupantur per eos. Interrogatus cum quo avere usi sunt in ipsis patuis et gastis, dixit quod cum bobus, capris, ovibus, porcis et equabus. Interrogatus quod bladum fuit in ipsis seminatum, dixit quod annonae, avena, palmola et millum.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit verum esse quod in ipso capitulo continetur prout supra in primo titulo dixit. Interrogatus si illa possessio est civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod [credit]³² illam possessionem esse naturalem, tamen de differentia dixit se nichil scire. Interrogatus si predicti homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi sunt in possessione predicta faciendi contenta in primo capitulo a temporibus seu annis contentis in secundo capitulo, dixit quod sic prout in primo capitulo dixit universaliter universi et singulariter singuli.

Interrogatus super tertio [capitulo]³³ juramento suo dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in ipso capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ipse vidit in pluribus locis dictorum patuorum plures homines de Brinonia seminantes et excoletentes in locis que per alios fuerunt

³⁰ Mot omis.

³¹ Mot répété.

³² Mot omis.

³³ Mot omis.

rupta et, quando interrogabat eos ipse deponens quare se immiserunt inibi, responderunt sibi quod eo quia illi qui rumperunt predicta loca exercerunt suum mautraich. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta, dixit quod in Cavuera, in Silva et in omnibus aliis gastis regiis vidit premissa exerceri. Interrogatus per quas personas fuerunt dicta gasta rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod non³⁴ recordatur. Interrogatus quod bladum seminabant et quantum et si cum aratro vel sine aratro, dixit quod annonam, palmolam et avenam cum aratro et *a bratz*, de quantitate nescit. Interrogatus si ratio illius habetur seu habebatur per duos vel tres annos et si interveniebat licencia alicujus officialis curie predicte, dixit quod dicebatur quod per quinque annos oportebat teneri per illum qui prius fecerat rumpidas antequam haberet suam rationem ; si de licencia curie fiebant premissa vel non, ignorat. Interrogatus si tasca integre prestabatur curie ex dicta causa, dixit quod nescit.

Interrogatus super quinto capitulo dixit nichil scire nisi auditu dici³⁵ quod modica pecunia data fuit pro acapto et audivit a dictis acaptantibus quod ex eo predicta gasta acaptaverunt ne aliquis preter ipsos esset ausus rumpere in eisdem.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod credit quod curia dampnificatur annis singulis ratione premissa de centum sestariis bladi et ultra eo quia illi qui acaptaverunt predicta gasta non possunt ea excolere et prout audivit tenentur terciam partem illorum patuorum acaptatorum annuatim excolere et seminare aliam³⁶ et aliam terciam partem exponere *a garach*³⁷ et alia tercia pars quiescere debet, quod non faciunt, quare curia in eo quod non excolitur curia dampnificatur. Interrogatus in qua possunt excoli dicta patua quantitate, dixit quod in magna, quod non fit.

Interrogatus super septimo capitulo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod dictus locus de Bona Garda et locus de *Cros d'Autran* sunt infra territorium et de territorio Brinonie et confrontatur cum confinibus in dicto titulo contentis.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod de predictis omnibus est vox et fama publica in villa Brinonie, in castris de Vallo, de Arcella, de Campis et de Gareudo. Interrogatus quid est fama publica, dixit quod id quod publice dicitur. Interrogatus quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, dixit quod sic. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod circa quatuordecim vel quindecim milia solidorum. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod bene habet septuaginta quinque annos vel circa. Interrogatus /³⁸ si odio, amore vel timore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[9] Eodem die Raymundus de Giniaco, testis productus per dictos³⁹ executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi diligenter lecto et exposito juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod homines universitatis Brinonie singulariter singuli et universaliter universi

³⁴ Note en marge gauche : nota que toute la terre gaste (n'estoit) n'a jamais esté au roy.

³⁵ Ces 10 mots répétés.

³⁶ Mot non barré à supprimer.

³⁷ Prov. *garach* = jachère.

³⁸ 6^e feuille.

³⁹ Ms. productores.

sunt usi exercere predicta in ipso capitulo contenta sine prestatione alicujus banni, reservata tasca de seminatis curie regie, et premissa vidit a tempore sue sciencie citra, exēpto quod nunc patua quibusdam sunt tradita ad acaptum aliqua, in quib⁹ non excolunt vel seminant homines aliqui preterquam ipsi quibus concessa fuerunt dicta patua sine licencia ipsorum ; alios vero usus pastorgandi, legnairandi, glannejandi et venandi faciunt homines dicte universitatis in dictis patuis nunc et usi fuerunt a quadringinta annis citra prout ipse vidit. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercerunt, dixit quod Petrus Moutoni, Feraudenci, *dan Maserunt*⁴⁰ de Campis, Johannes Laugerii, Hugo Hugonis, Petrus *Aygle sunh*, Petrus Tomam, *dan Amblart*, Petrus Salvarius, Bertrandus *Trigat*, dominus Bertrandus Olivarius, Guillelmus Bolena, dominus Guillelmus Hugoleni, Raymundus de Brinonia ipsosque vidit tam rumpentes, pastorgantes, venantes quam seminantes et excolentes et tot alias tam de Brinonia, de Arcella quam de Gareudo vidit premissis utentes quod non posset de nominibus recordari. Interrogatus si in omnibus patuis⁴¹ usi sunt facere predicta que in ipso capitulo continentur in ipsum, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt⁴² et fuerunt, dixit quod *Englies*, *Silva*, *Cros d'Autran*, Bona Garda et fuerunt et sunt domini nostri regis, tamen aliqua concessa sunt in acaptum. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt aliquibus personis in acaptum concessa ad tascam, dixit quod sunt aliquibus prout audivit dici. Interrogatus si in illis patuis sic concessis in acaptum homines Brinonie usi sunt facere contenta in capitulo, dixit quod sic, ea que supra dixit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus hactenus et non interruptus preterquam nunc quod, postquam fuerunt ad acaptum tradita dicta patua et gasta, non seminant prout prius seminabant. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acaptum, dixit quod nescit, tamen adhuc nuncupantur gasta et patua vulgariter nisi culta sint vel seminata. Interrogatus cum quo averi dicuntur in ipsis patuis et que animalia in ipsis tenebantur et quod bladum extitit in eis seminatum, dixit quod avere cum quo usi sunt erant porci, boves, eque, capre et oves et animalia que venebantur cuniculi, lepores et alia silvestra bladumque quod inibi seminatum fuit annonā, avenā, siligo, palmola et legumina.

Super secundo capitulo interrogatus juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio in qua dicuntur esse est civilis vel naturalis et que est differentia inter ipsas possessiones, dixit quod nescit aliter nisi quod prout supra depositus vidit possidere et uti.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi auditu quod semper illi qui predicta patua et gasta ad acaptum concedebant illa tradebant salvo jure universitatis hominum Brinonie.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod ipse vidit quod, quando aliquis faciebat aliquam rumpitam in dictis gastis ex quo per duos vel tres annos suum extraxerat *mautraich* et inde per annum stabant stipule, incontinenti quicumque vellet intrabat possessionem ipsarum et excolebat, seminabat ibidem sine contradictione cujusquam. Interrogatus ubi sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem, dixit ut in primo titulo dixit.

⁴⁰ Il faut probablement corriger Mascarat.

⁴¹ Note en marge gauche : terres gastes du roy.

⁴² note en marge gauche : terres gastes qui sont et estoient au roy.

Interrogatus si seminabant cum aratro et quod bladum ibi seminabant, dixit quod cum aratro et ligonibus, de blado dixit ut in primo. Interrogatus si de licencia curie hoc faciebant, dixit quod non, tamen de fructibus attribuebatur curie pars sua. Interrogatus si integre attribuebatur curie pars sua seu tasca curie regie, dixit quod nescit. Interrogatus si integre attribuebatur tasca, dixit quod nescit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dicit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam et consuetudinem dicte ville magnum dampnum patitur curia regia in eo quia illa patua que tradita sunt ad acustum non possunt excoli per illos qui ea acaptaverunt, immo magna quantitas remanet ad excolendum, propter quod regia curia est lesa et quod credit quod in quantitate in ipso titulo contenta vel circa.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit quod loca in ipso titulo contenta sunt de territorio et in territorio Brinonie juxta confrontationes in eo designatas.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit quod de omnibus testificatis per eum est publica fama in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Campis et Arcella. Interrogatus quid est fama publica, dixit quod id quod publice dicitur inter gentes. Interrogatus quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et si censetur de universitate dicte ville, dixit quod non oriundus de Brinonia sed de universitate censetur. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quinquaginta annorum. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod ducentas libras. Interrogatus si timore vel odio vel amore perhibet testimonium, dixit quod non.

[10] Die decimo octavo novembris, Raymundus de Vicinis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter de veritate dicenda interrogatus super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu. Interrogatus quid inde vidit, dixit quod ipse vidit Guillelmum de Embreduno excolentem in patuo *d'Amaron* et Poncium Garnerium ibidem excolentem et Feraudos et Petrum Bonetti et etiam ipse deponens inibi excoluit. Interrogatus quantum tempus est quod predicta vidit exercere, dixit quod a quadraginta annis citra et ipse legnairavit in patuo de Bona Garda et *Cros Selguros* sine contradictione cujusquam. Interrogatus de anno, mense, septimana et die et hora et de presentibus, dixit quod non recordatur excepto quod, quando premissa vidit et fecit, erat cum eo Audebertus Boerii. Interrogatus que sunt illa patua et gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit ut supra de patuis et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua fuerunt concessa in acustum alicui per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod sic. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis homines dicte universitatis usi sunt facere contenta in ipso titulo, dixit quod sic excepto quod non sunt ausi excolere sicut prius, tamen omnia contenta in ipso titulo scilicet leynarare, pastorgare et venari adhuc exercent. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte ville fuit continuus ⁴³ vel interruptus hactenus, dixit quod continuus fuit et est de excolendo ut supra dixit. Interrogatus si patuum dicitur vel locus gastus postquam concessum est ad acustum, dixit quod adhuc nuncupantur patua licet in acustum fuerint concessa.

⁴³ 7^e feuille.

Interrogatus cum quibus animalibus usi sunt predicta exercere, dixit quod cum bobus, capris, ovibus, porcis et equabus. Interrogatus que animalia vidi in ipsis venari, dixit quod cuniculos et leporis. Interrogatus quod generis bladi vidi inibi seminari, dixit quod annonam, palmolam et avenam.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit quod predicta vidi a quadraginta annis citra prout supra dixit. Interrogatus si illa possessio in qua dicunt esse fuit et est civilis vel naturalis, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire super eo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu, videlicet quod vidi quod, quando aliquod patuum erat ruptum per aliquem et ipsum tenuerat per duos vel tres annos, postea venebant alii et seminabant ibidem sine alicujus licencia. Interrogatus per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverant possessionem dictarum rumpitarum, dixit quod non recordatur aliter quam supra dixit in primo titulo. Interrogatus si tasca integre ex dicta causa curie prestabatur, dixit quod nescit.

Interrogatus super quinto capitulo dixit juramento [suo]⁴⁴ nichil scire super eodem.

Interrogatus super sexto capitulo dixit quod credit ita esse verum ut in ipso titulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit quod *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie juxta confrontationes in dicto titulo designatas ; de Bona Garda nescit.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit quod de hiis que testificatus est fama est inter gentes ville Brinonie et in castris de Vallo, de Arcella et de Campis. Interrogatus quid est fama, dixit quod id quod dicitur per gentes.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si censemur hominum ville Brinonie, dixit quod sic. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quinquaginta annorum vel circa. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod viginti libras. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode, dixit quod commodum eo quia pristinum usum ha⁴⁵ haberent. Interrogatus si testificatur odio, amore vel timore, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod *aitan l'una con l'autra*.

[11] Anno Domini millesimo quo supra, die vicesimo nono novembris, Petrus *Chaors* de Brinonia, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidi et audivit, dixit quod ipse vidi et audivit a quadraginta annis citra quod ipse deponens rumpavit, fustejavit, legnairavit et pastorgavit in dictis patuis et gastis et seminavit sine prestatione banni, tamen tasca fructuum curie regie tribuebatur et illud idem vidi de pluribus aliis personis ville Brinonie. Interrogatus si omnes homines dicte universitatis usi sunt et fuerunt predicta exercere que continentur in dicto titulo singulariter singuli et si omnes vel singuli, dixit ut supra. Interrogatus quos⁴⁶ vidi predicta exercere, dixit quod *dan Clement, dan Costantin, dan*

⁴⁴ Mot omis.

⁴⁵ Mot inachevé à supprimer.

⁴⁶ Ms. quid.

Garnerium, *dan* Aicardum *Barban*, Guillelmum *Fuserium*, Guillelmum *Conrart*, Johannem Arcellam, Bertrandum de Riali, Fulconem Bonaudi, Hugonem Barbani, *dan Joseph* et Petrum Romani et infinitos alios de quorum nominibus non posset recordari in omnibus patuis et gastis. Interrogatus que sunt illa patua et gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua⁴⁷ erant et fuerunt domini nostri regis, nunc autem sunt aliquorum qui ea acaptaverunt et illa patua sunt videlicet *Cavuera*, *Silva*, *Englies*, *Cros d'Autran* et *Bona Garda*. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt concessa aliquibus personis ad acustum per curiam ad tascam, dixit quod data et concessa sunt per curiam aliquibus prout audivit ad tascam. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt impune facere predicta que in dicto titulo continentur, dixit quod antequam fuissent concessa ad acustum, fuerunt usi predicta in titulo contenta facere impune ut supra dixit et post etiam illud idem expto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus dicitur illud quando gentes utuntur in aliquo loco impune, de aliis interrogationibus nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines vel pars hominum dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto quod, prout supra dixit, postquam fuerunt concessa fuit eis prohibitum laborare et seminare in ipsis. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in emphiteosim, dixit quod sic prout credit. Interrogatus cum quo averi usi sunt in ipsis gastis et patuis, dixit quod cum bobus, vaccis, ovibus, porcis et equabus. Interrogatus que animalia venebantur in ipsis, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod fuit ibi bladum seminatum, dixit quod annonae, palmola, consi[li]⁴⁸go et avena et millum.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo titulo dixit et depositum. Interrogatus si illa possessio in qua dicuntur se esse est et fuit civilis vel naturalis vel altera ipsarum et que est differentia inter istas possessiones, dixit quod ista non intendit nec scit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dicitur se nichil scire super eodem capitulo.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in dicto capitulo quarto non vedit aliquo tempore eo quia nollebant inferre dampnum alicui qui primo fecerat *rompidas*.

Interrogatus super quinto capitulo, qui juramento suo dixit se nescire si modicam quantitatatem vel magnam pecunie dederunt, tamen bene credit quod illa de causa acaptaverunt dicta patua quod aliqui non se immitterent rompere vel aliter in ipsis preter illos qui ea acaptaverunt.

Interrogatus super VI capitulo, qui juramento suo dixit quod non credit ita esse verum ut in dicto titulo continetur.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de *Bona Garda* et *Cros d'Autran* sunt de territorio Brinonie et infra territorium ville Brinonie, confrontationes tamen ignorat.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit quod non intelligit contenta in eo.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si censemur de universitate dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis

⁴⁷ Note en marge gauche : terres gastes du roy.

⁴⁸ Lettres omises.

ville predicte, dixit quod non preterquam filiis suis. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum,⁴⁹ dixit quod incommodum habet quia non audet ita rumpere et seminare sicut prius et commodum haberet si vertentur ad pristinum statum. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod triginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX vel circa. Interrogatus si hodio vel amore aut timore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[12] Eodem die, Bertrandus Failloli, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi diligenter lectis et expositis juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod bene sunt quadraginta anni lapsi quod ipse erat pastor custodiens avere et pastorgavit cum avere quod custodiebat in patuis et gastis omnibus ville Brinonie videlicet in *Englies*, in *la Silva*, versus Fontem *Dalmas*, versus Bonam Gardam⁵⁰ et per totum montem *d'Amaron*, versus *Cros d'Autran* et etiam per omnia gasta et patua domini nostri regis et etiam ibidem legnairavit et illud idem vidi de pluribus aliis et etiam vidi in ipsis patuis rumpere et legnairare et seminare et usque Vallem de *Cavaillon*. Interrogatus de nominibus exercentium predicta, dixit quod *dan Jausep*, *dan Amblart*, Clavellus, Calvinos et Johannem Pignoli et plures alios vidi premissa exercere de quorum nominibus non recordatur in patuis supra per eum expressatis. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt aliquibus personis ville Brinonie concessa in acustum ad tascam dandam curie, dixit quod adhuc vidi exercere contenta in ipso titulo per homines Brinonie ita quod non carent sibi nisi de seminatis. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas inducitur et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit aliter quid sit usus nisi illud quando quis dicit : « Usus fui et sum ire per istum locum et facere facta mea » ; de aliis nescit. Interrogatus si usus quem allegant fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si potest dici patuum vel locus gastus postquam per curiam alicui est concessum, dixit quod sic in quantum usus est alicujus ibi predicta exercere. Interrogatus cum quo averi usi sunt in ipsis patuis pastorgare, dixit quod cum equabus et vaccis, mutonibus et ovibus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cabrolos, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum seminabatur ibi, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut supra in prima depositione. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod aliter nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit quod ita audivit dici ut in dicto capitulo continetur, tamen aliter nescit.

Interrogatus super quarto capitulo juramento dixit quod aliter nescit nisi auditu dici.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia dampnificatur in non modica quantitate eo quia per illos qui acaptaverunt dicta patua non possunt excoli sufficienter ipsa, nescit tamen si in quantitate centum sestiorum bladi dampnificatur. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum intulerunt seu afferunt curie,

⁴⁹ 8^e feuille.

⁵⁰ Note en marge gauche : Bonagarda.

dixit quod Petrus Sestaroni, Poncius de Castro Regali, Petrus Aygleduni, Marinus de Amarono, Feraudi et Petrus Moutoni et illi qui acapta ipsorum patuorum susceperunt. Interrogatus si illi qui tenent dicta patua seu gasta excolunt seu excolere possunt, dixit quod credit quod non.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est infra territorium et de territorio Brinonie et confrontatur confrontationibus in ipso capitulo et locus de *Cros d'Autran* est infra territorium de Brinonia, de confrontationibus nescit.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit [quod]⁵¹ audivit esse famam inter gentes ville de Brinonia. Interrogatus quid est fama, dixit quod quando dicitur per aliquos aliquem esse bonum vel malum.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans ibidem, dixit quod non est de Brinonia sed habitans est ejusdem. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus dicte universitatis, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis dicte universitatis attinet et de universitate est et censetur. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quinquaginta annorum. Interrogatus si odio, amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod placet sibi quod quisque habeat jus suum.

[13] Die prima decembris, Bertrandus Costantini, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi diligenter lecto et exposito juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit quinquaginta anni lapsi sunt vel circa et etiam a dicta tempore citra usque modicum tempus quod cum Guillelmus Costantini⁵², pater ipsius deponentis, quod ipse deponens et plures alii usi fuerunt rumpere, legnairare, fustare et seminare sine prestatione alicujus banni, reservata tamen tasca curie domini nostri regis de fructibus proventibus ex eisdem. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod *dan Jordan*, Guillelmus Berardus, Isnardus Boerius, Clemens Datalis, Petrus Johannis *Regagnat*, Bertrandus *Douleis*, Fulco Castellanus, de aliis vero non recordatur. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi sunt facere predicta facere contenta in primo titulo, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa patua et gasta et cujus sunt et fuerunt et si illa patua possidentur adhuc vel fuerunt ad acustum aliquibus concessa ad tascam curie dandam, dixit quod illa patua sunt inde videlicet *la Silva*⁵³, Cavuera, *Englies*, *Cros d'Autran* et fuerunt domini nostri regis et sunt, hoc tamen excepto quod nunc prout audivit possidentur per alias personas qui ea ad acustum receperunt a curia. Interrogatus si in illis patuis seu gastis sic concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere predicta que in ipso titulo continentur, dixit quod sic excepto quod non sunt ausi rumpire vel seminare. Interrogatus quid dicitur usus, dixit quod quid utitur passagio vel aliquo alio negocio per aliquos per duos vel tres annos illud dicitur esse usus. Interrogatus per quantum tempus inducitur usus et per quot personas acquiratur et quot actus sunt necessarii ut

⁵¹ Mot omis.

⁵² Ms. Sestaroni.

⁵³ Note en marge gauche : terres gastes du roy.

usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto quod non seminant neque rumpunt sicut prius. Interrogatus si patuum seu locus gastus potest dici postquam concessum est alicui in acustum per curiam, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo avere usi sunt [pascere]⁵⁴ in ipsis gastis seu patuis, dixit quod cum bobus, vaccis, porcis, equabus, ovibus. Interrogatus que animalia venebantur in ipsis, dixit quod omnia animalia silvestra videlicet cuniculi, lepores et cabrolos. Interrogatus quod bladum seminatum fuit in dictis locis, dixit quod consilagine, annona et palmole, millum, gaise, pesoli et cicera.

Interrogatus super secundo capitulo dixit ut in primo. Interrogatus si illa possessio in [qua]⁵⁵ dicunt se esse est vel fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter ipsas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit [quod]⁵⁶ audavit esse verum ut in ipso titulo continetur, aliter vero nescit.

Interrogatus super IIII^o titulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo, immo vidi pluries quod aliqui iverunt ad ipsum deponentem et dixerunt sibi quod placeret sibi quod permitteret ipsos seminare et laborare in terris ruptis per eum et quod posset ipsas recuperare cum sibi placeret, quod concessit aliquibus ut dixit, et aliud nescit.

Interrogatus super V capitulo dixit juramento suo nescire quantum dabant pro acapo si magnam pecuniam vel modicam, tamen credit quod illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsis presument exercere in ipsis.

Interrogatus super VI^o capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam credit ita esse ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum intulerunt seu afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Poncius de Castro Regali, Barbani, Petrus Ayglesuni, Hugo Hugonis, Scoloritti, Bertrandi de Riali, Bertrandus Corccioni, filii Guillelmi Jordani, *dan Castellan, Castueil, Isnardus Aniati*. Interrogatus si illud dampnum annis singulis potest accidere, dixit quod credit quod sic et ultra. Interrogatus si illi qui tenent dicta patua possunt excolere ipsa, dixit quod credit quod non, immo sunt aliqui qui ipsa dant ad facheriam.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt infra territorium de Brinonia et de territorio et confrontantur cum confrontationibus supra designatis.

Item interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in ipso capitulo continetur. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam et in quibus locis est ipsa, dixit quod si aliquis vidi aliquem committentem malum vel bonum quod secundum opera dicitur esse bonus vel malus et fama est de predictis de Brinonia, aliud vero nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel inhabitans ibidem et si censetur de universitate hominum dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus dicte ville, dixit quod non attinet producentibus sed bene attinet pluribus hominibus dicti loci. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel [in]⁵⁷commodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quadraginta libras. Interrogatus

⁵⁴ Mot omis.

⁵⁵ Mot omis.

⁵⁶ Mot omis.

⁵⁷ Syllabe omise.

cujus etatis est, dixit quod sexaginta annorum. Interrogatus si odio, amore vel timore perhibet testimonium dixit quod non.

[14] Eodem die dominus Symon Cabroni, miles, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super ⁵⁸ primo capitulo juramento suo dixit quod sexaginta anni lapsi sunt quod tam ipse quam alii homines de Brinonia in omnibus patuis et gastis territorii dicte ville sine licencia alicujus persone fuerunt usi et citra per longum tempus exercere negotia sua, legnairando, fustejando, glannejando, rumpendo, seminando, venando et pastorgando, retenta et salva tamen curie tasca bladorum et aliorum fructuum provenientium ex terris cultis, singulariter singuli et universaliter universi. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod non recordatur. Interrogatus in quibus patuis et gastis usi fuerunt facere predicta contenta in ipso titulo, dixit quod in Cavuera, in *Cros d'Autran* et omnibus aliis patuis et terris gastis territorii dicte ville. Interrogatus cujus sunt et fuerunt predicta gasta, dixit quod sub dominio tenebantur curie et nunc illud idem, tamen nunc possidentur per aliquos qui ea acaptaverunt. Interrogatus si in illis patuis et gastis concessis ad acaptum homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt et sunt exercere predicta que in titulo continentur impune, dixit quod non cavit sibi nec familia sua premissa exerceceret. Interrogatus quid inde dicitur usus et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus dicitur quando gentes alicujus loci (incipiunt)⁵⁹ habent usum exercendi sua negotia in aliquo gasto, de aliis dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit continuus hactenus vel interruptus, dixit quod non audivit quod fuit interruptus sed continuus. Interrogatus si locus gastus seu patuum dicitur postquam ad acaptum datur, dixit quod ex quo usus habetur per aliquos, si concedatur fit prejudicium illis qui ipsum usum habent. Interrogatus cum quo avere usi sunt et fuerunt pascere in dictis gastis et patuis, dixit quod cum bobus, vaccis, porcis, ovibus et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod avena et alia blada.

Interrogatus super secundo capitulo dixit juramento suo verum esse ut in dicto capitulo continetur a sexaginta annis citra prout supra in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis, dixit quod nescit quia illud idem extranea persone sicuti private premissa exercebant.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit quod non fuit presens in concessionibus factis de predictis, tamen bene audivit a quibusdam que ea acaptaverunt quod salvo jure universitatis hominum ville Brinonie fuerunt eis concessa.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit quod contenta in dicto capitulo audivit fore vera, tamen ea non vidit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod audivit modicam pecuniam attribuerunt curie illi qui acaptaverunt dicta patua et credit quod illa acaptaverunt adeo quod aliquis preterquam ipsi essent ausi intrare et aliter nescit.

⁵⁸ 9^e feuille.

⁵⁹ Mot non barré à supprimer.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod in conscientia sua et prout credit curia dampnificatur anno quolibet de centum sestaria bladi et ultra eo quia non possunt excoli dicta gasta et patua per illos qui ea acaptaverunt sicuti prius excolebantur quia tunc multe persone in ipsis excolebant, aliter nescit.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit quod predicta loca in dicto capitulo designata sunt de territorio et infra territorium ville Brinonie, nescit tamen de confrontationibus aliquid.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit quod tam in villa Brinonie quam in castro de Vallo, de Campis et de Artacella est fama de predictis omnibus inter illos qui de predictis noticiam habent. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quod publice dicitur per gentes et famam faciunt decem, viginti homines, XXX, XL et ultra.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, dixit quod sic et censetur de universitate dicti loci et inibi habitat. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet et filios et filias et nepotes habet. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod VIII^C libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LXXX annorum et plus. Interrogatus si timore vel amore aut odio perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[15] Eodem die, Guillelmus Berardi⁶⁰ de Brinonia, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum quod quinquaginta anni lapsi sunt quod ipse vidit et citra quod tam ipse deponens quam alii homines de Brinonia universaliter universi et singulariter singuli usi sunt et fuerunt exercere omnia que in ipso titulo continentur sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, [dixit]⁶¹ quod ipse vidit exercentes predicta Petrum Remesinum, Guillelmum Berardum, Raymundum Gairardi, *Jauseph* et multos alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi sunt facere predicta, dixit quod sic in illis que sub dominio regie curie tenentur. Interrogatus que sunt illa patua, dicit quod *Cros d'Autran*, *Silva*, *Englies*. Interrogatus si illa patua seu gasta possidentur impresenti vel fuerunt aliquibus per curiam in acustum concessa, dixit quod aliqua audivit fuisse ad acustum concessa. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt exercere ea que in dicto capitulo continentur, dixit quod sic excepto rumpere et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines universitatis fuit continuus hactenus vel interrupsus, dixit quod continuus usque nunc quod non sunt ausi seminare vel excolere sicut prius. Interrogatus si patuum seu locus gastus potest dici ex quo concessum est alicui per curiam, dixit quod credit quod non. Interrogatus cum quo averi usi sunt depascere in dictis locis, dixit quod cum bobus, vaccis, ovibus, equabus et porcis. Interrogatus que

⁶⁰ Note en marge gauche : 10 testis.

⁶¹ Mot omis.

animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit inibi seminatum, dixit quod annone, ordi, consiligines et alia blada.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in dicto capitulo vidi a quinquaginta annis prout supra in prima depositione dixit. Interrogatus si illa possessio fuit et si est civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo dixit suo juramento se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit verum esse quod *Cros d'Autran* est de territorio ville Brinonie et infra territorium ejus et confrontationibus in ipso capitulo designatis ancyns est ; de loco de Bona Garda nescit.

Interrogatus super octavo capitulo dixit quod in villa Brinonie est fama de testificatis per eum et credit esse famam illud idem in aliis circumstantibus locis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit quia simplex homo est.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et inhabitat inibi, dixit quod non est ab origine dicte ville, tamen inhabitat in ea et de universitate censemur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis hominibus de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet ex latere uxoris sue. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod viginti libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod sexaginta annorum vel circa. Interrogatus si odio, amore vel timore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[16] Die secunda decembris, Bertrandus Cuisardi, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod triginta quinque [anni]⁶² lapsi sunt vel circa quod ipse vidi et a dicto tempore citra quod tam ipse deponens quam alii homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in omnibus patuis territorii loci Brinonie rumpendo, lignairando, glannejando, excolendo, pastorgando et venando ac etiam seminando sine banni prestatione, salva tasca curie fructuum qui proveniebant ex terris cultis. Interrogatus de anno, mense, septimana, die, hora, dixit quod continue vidit premissa a dicto tempore citra excepto in labore et seminare a modico tempore citra. Interrogatus de nominibus illorum quod vidit predicta exercere, dixit quod Hugonem *Caremantran*, Bertrandum *de Rial*, Isnardum *Dolueis*, Petrum de Riali et plures alios de quorum nominibus non posset [recordari]⁶³ vidit exercentes predicta. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi sunt predicta facere que in dicto capitulo continentur, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa gasta et patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa gasta sunt videlicet Bona Garda, Cavuera, *Englies* et fuerunt et sunt domini nostri regis. Interrogatus si impresenti possidentur

⁶² Mot omis.

⁶³ Mot omis.

vel fuerunt concessa aliquibus de Brinonia in acaptum ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod aliqua fuerant ad acaptum concessa. Interrogatus si in illis locis sic concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi sunt usi facere impune ea que in ipso capitulo continentur, dixit quod [sic]⁶⁴, immo prohibent illi qui ea acaptaverunt. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus est quando aliqui utuntur aliqua facere et inducitur per viginti annos et per decem homines et actus sunt seminare, legnairare et rumpere. Interrogatus si usus quem [allegant]⁶⁵ homines dicte universitatis vel pars ipsorum hominum fuit continuus hactenus vel interruptus, dixit quod continuus usque nunc quod prohibitur ut supra dixit. Interrogatus si locus potest dici gastus vel patuum postquam per curiam concessum est alicui in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum ovibus, capris et porcis et averi bovino. Interrogatus que animalia vena/⁶⁶ bantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit seminatum, dixit quod annone, palmole et siligines.

Interrogatus super secundo capitulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in dicto (primo)⁶⁷ capitulo primo usi sunt a tempore [quod]⁶⁸ supra dixit citra modo predicto per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod credit esse naturalem possessionem eo quia per tantum tempus usi sunt exercere predicta.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta, dixit quod in Cauera. Interrogatus per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem rumpitarum, dixit quod aliqui de Campis quorum nomina ignorat rumperunt et Petrus de Riali et Bertrandus de Reali intraverunt possessionem earum et si cum aratro vel sine aratro et si dicta ratio habebatur per illos qui rumperant post duos vel tres annos vel plus et si de licencia alicujus officialis curie fuit factum, dixit quod sine licencia alicujus officialis intraverunt et ibi seminaverunt et ipsi etiam cum ligonibus laborabant, dixit quod per sex vel septem annos tenuerant ipsa illi qui primo rumperant illa. Interrogatus si tasca prestabatur integre tasqueriis, dixit quod sic. Interrogatus qui fuerunt illi qui dictam tascam prestaverunt, dixit quod videtur sibi quod Guillelmo Sestaroni pro curia fuit tradita per illos quos supra nominavit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI^o capitulo juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur eo quia fuit interdum parlamentum congregatum et fuerunt aliqui de Campis qui volebant attribuere annis singulis regie curie sexaginta sestaria bladi de residuo terre acaptate per Petrum Sestaroni quam excolere non poterat.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt infra territorium dicte ville et de territorio dicti loci juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

⁶⁴ Mot omis.

⁶⁵ Mot omis.

⁶⁶ 10^e feuille.

⁶⁷ Mot exponctue.

⁶⁸ Mot omis.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus in quibus locis est dicta fama, dixit quod inter gentes ville Brinonie et in castro de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt [famam]⁶⁹, dixit quod fama est quando aliquis habet usum in aliquo loco et X persone faciunt famam.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si censetur de universitate dicte ville, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed bene est habitans et censetur de universitate dicte ville. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de villa, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum vel si timore, odio vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod CLX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quinquaginta annorum et ultra. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod tantum vult lucrari unum quam alium.

[17] Eodem die, Johannes Broquerii, testis productus per dictum producentem, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod a viginti quinque annis citra vidit quod tam ipse quam alii homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt in omnibus patuis territorii vallis Brinonie rumpendo, legnairando, glannejando, venando, pascendo seu pastorgando, excolendo et seminando sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt dixit quod Isnardus Bonardi, Clementes, Barbani, Clavelli, Ayme et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus si in omnibus gastis et patuis predicta usi sunt exercere, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa patua seu gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, Silva, *Englies*, *Amaron*, *Cros d'Autran*, Signola et fuerunt et sunt domini nostri regis, tamen aliqui acaptaverunt ipsa prout audivit. Interrogatus si in illis patuis sic ad acaptum concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt predicta facere que in ipso capitulo continentur impune, dixit quod sic non obstante quod aliqui prohibuerunt. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus est quando dicitur quod aliquis de aliquo loco vel in aliquo loco usum habet, de aliis nescit. Interrogatus si usus quem allegant dicti homines dicte universitatis fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus, ita quod non audivit quod aliquis prohiberet preterquam⁷⁰ Petrus Sestaroni qui usum fecit⁷¹ prohibere. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum bobus, vaccis, equabus, porcis et ovibus. Interrogatus que animalia venabantur ibidem, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit seminatum ibidem, dixit quod annonae, siligines⁷², consiliginis et palmole.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita verum esse quod a tempore supra per eum dicto citra vidit predicta exerceri. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel

⁶⁹ Mot omis.

⁷⁰ Ms. postquam.

⁷¹ Ms. usus fuit.

⁷² Ms. siliginis.

naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod credit esse naturalem possessionem ex quo quisque habet inibi usum suum, de aliis nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem dictarum rumpitarum, dixit quod Petrus Bertrandi, Bertrandus *Doulueis* rumperunt in *Adretz* de Signola et post ipse deponens per aliquod tempus inibi excoluit et seminavit. Item Isnardus Bonardi rumperat in Silva et Barbani subseminarunt et plures alios vidit eodem modo utentes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annona, avena et palmola. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminabant et quantum, dixit quod non recordatur de quantitate, dixit quod cum aratro seminabant. Interrogatus si habebatur ratio post duos vel tres annos vel plures vel minus et si interveniebat licencia alicujus officialis, dixit quod de licencia officialium ipse fuit, de aliis nescit. Interrogatus si integraliter tribuabatur tasca curie, dixit quod nescit de aliis, sed ipse deponens et pater suus integraliter tribuebant.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit quod nescit si modicam quantitatem vel magnam dederunt, tamen credit quod illi de causa hec fecerunt ne aliquis preter ipsos essent ausi intrare et alias nescit.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod fama est de contentis in dicto capitulo quia non excolebant[ur]⁷³ plene ille res acaptate et aliter nescit.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt in territorio ville Brinonie juxta confines in ipso capitulo designatas.

Item interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus in quibus locis est ipsa fama, dixit quod in villa Brinonie et in castris de Campis et de Arcella. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quando quis usus est in aliquo loco sua negocia peragere, nescit quot persone faciunt famam.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et si habitans et censemur de universitate dicte ville, dixit quod oriundus habitans ville Brinonie est et de universitate censemur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis de dicta villa, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde⁷⁴ sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod per commodum vel incommodum quod inde speraret habere non diceret aliud preterquam veritatem. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quadraginta annorum et ultra. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod vellet quod universitas lucraretur propter usum antiquum.

[18] Eodem die, Petrus Romani, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis juramento suo super primo titulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus

⁷³ Tilde omis.

⁷⁴ Ms. attinet.

quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit a quinquaginta annis citra et plus quod tam ipse quam alii homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt in omnibus patuis legnairare, pastorgare, rumpere, venari, fustare et colere sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus qui predicta exercuerunt, dixit quod Aniatus, Broquerii, Constantini, Bonetus Ayme, Petrus de Puteo, Berardus et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua in quibus sunt usi exercere ea que in ipso titulo continentur, dixit quod Cavuera, Bona Garda, *Amaron*, Silva, *Cros d'Autran* et Signola. Interrogatus cuius sunt et fuerunt dicta patua, [dixit]⁷⁵ quod domini nostri regis, tamen fuerunt aliqui qui aliqua acaptaverunt. Interrogatus si in ipsis patuis sic ad acaptum concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt contenta in ipso capitulo facere impune, dixit quod a tempore quo [con]⁷⁶cessa fuerunt citra non cavit sibi quia non curavit et alia facere habuit. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus est quando quis auctoritate sua utitur ire, redire, pastorgare et suos usus alios facere, de aliis nescit. Interrogatus si usus quem allegant producentes nomine quo supra fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus, expto quod per aliquos creditur inhiberi. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam per curiam alicui concessum est per curiam in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis gastis et patuis, dixit quod cum vaccis, equabus, porcis, ovibus et capris. Interrogatus que animalia ibi venabantur, dixit quod lepores, cuniculi et alia silvestra animalia. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annona, ordeum, siligo, palmole, avene, fabe et alia.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod premissa in dicto capitulo contenta vidit a quatraginta annis citra prout supra dixit in prima depositione sua. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod predicta non intelligat.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit ita esse verum prout audivit dici ut in eo continetur.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit quod, quando aliqui fe⁷⁷cerunt rumpitas et seminaverant eas per duos vel tres annos, quod postmodum veniebant aliqui et intrabant possessionem ipsarum et eas excolebant et seminabant. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta et per quas personas fuerunt rupta et que fuerunt ille persone que intraverunt possessionem eorum, dixit quod illa patua fuerunt Cavuera, *Cros d'Autran*, in Signola et in *los Adretz*; illi omnes qui ea rumperunt fuerunt Petrus Romani pater ipsius deponentis, *dan Aniat*, *Testagrossa* et plures alii; et illi qui intraverunt possessionem fuerunt *dan Restesin*, *dan Loberia*, de aliis non recordatur. Interrogatus quod bladum seminaverunt et quantum et si cum aratro vel sine aratro seminabant, dixit quod annone, palmole, avene et siligines seminabant cum aratro, de quantitate ignorat. Interrogatus si ratio habebatur per illos qui fecerunt rumpitas primo per duos annos vel tres vel plus vel minus et si de licencia alicujus officialis hoc faciebant, dixit

⁷⁵ Mot omis.

⁷⁶ Syllabe omise.

⁷⁷ 11^e feuille.

quod sine licencia alicujus officialis fiebat et credit quod postquam tenuerunt ipsa duos vel tres annos quod bene habuerunt rationem suam. Interrogatus si tasca integraliter prestabatur curie, dixit quod credit quod sic.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus [que]⁷⁸ quantitas pecunie fuit illa que tradita fuit pro dictis acaptis, per quem seu quos fuit data et quibus, dixit quod Hugo Hugo acaptavit *la Silvam* et pro acapto dedit ut sibi videtur centum solidos et postea vidiit quod ipse Hugo Hugonis vendidit ipsam post aliqua intervalla viginti quinque libras. Interrogatus cuius generis erat dicta moneta, dixit quod coronatorum antiquorum et illa acaptaverunt ne aliquis intraret preter ipsos ipsa gasta.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod solummodo potest jurare et dicere quod curia regia dampnificatur annis singulis in quantitate centum sestiorum annone et ultra. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Blancardi de Artacella, Johannes de Cavuera, Barbani, Johannes Granardi de Campis, Petrus Ayglesuni, Marinus de Amarono, Poncius de Castro Regali. Interrogatus si illi qui dicta gasta acaptaverunt possunt ipsa excolere, dixit quod non terciam partem, immo aliqui ex ipsis dant ipsa ad fachariam.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt in territorio de Brinonia et de territorio ville Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod fama est quando est homo legalis et viginti quinque homines faciunt famam. Interrogatus in quibus locis est dicta fama, dixit quod in villa Brinonie et castris de Artacella et Campis.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et habitans et censemur de universitate ipsius ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod nisi universi universaliter haberent commodum ipse non posset aliter habere. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod sexaginta annorum et plus. Interrogatus si odio, timore vel amore prohibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod plus vellet obtinere universitatem in causa quam alios.

[19] Die quarto decembris, Guillelmus Poncius, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod ipse habet memoriam quinquaginta annorum et ab illo tempore citra vidiit quod tam ipse deponens quam alii homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi sine prestatione alicujus banni usi fuerunt in patuis et gastis territorii ville Brinonie rumpere, lignairare, pastorgare, fustejare, excolere et seminare et suos usus percipere ita quod non prestabantur [banna]⁷⁹ vel tala nisi cum avere intrassent in loco seminato. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta

⁷⁸ Mot omis.

⁷⁹ Mot omis.

exercuerunt, dixit quod Raymundus Poncius pater ipsius deponentis, Gaufridus Michaelis, Raymundus Bersa, Guillelmus Bernardi, Raymundus Pugeti, Desderius, Guillelmus Verdayna, Bartholomeus et plures alii de quorum nominibus non recordatur predicta in titulo contenta exercuerunt. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis usi sunt predicta facere que in dicto capitulo continentur, dixit quod sic in illis in quibus curia regia dominium habet. Interrogatus que sunt illa patua et gasta, dixit quod Cavuera, Silva, *Cros d'Autran, Englies* et Bona Garda. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt aliquibus in acustum concessa per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod ad acustum sunt prout audivit concessa. Interrogatus si in illis patuis sic concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt predicta facere impune, dixit quod sic exēpto excolare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quas personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod usus est quando quis exercet aliquid in aliquo loco sine reprehensione aliqujus, de aliis nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus [continuus]⁸⁰ vel interruptus, dixit quod continuus exceptis predictis. Interrogatus cum quo averi pastorgabant, dixit quod cum ovibus, porcis, vaccis et bobus. Interrogatus que animalia venabantur ibi, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, ordei, siligines, palmole, fabe, lentes et alia legumina.

Interrogatus super secundo titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod contenta in dicto capitulo vidi exerceri a tempore supra per eum dicto citra prout supra dixit et depositum. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod non intelligit premissa.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo aliter nisi quod ita credit esse [verum]⁸¹ ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus ubi sunt illa patua et gasta rupta, dixit ut supra. Interrogatus per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt⁸² illi qui intraverunt possessionem dictarum rumpitarum, dixit quod ipse videt quod Bertrandus *Vannaire*, Raymundus Rostagni et Guillelmus Gaufridi rumpavit in Silva et ipse deponens et Petrus de Signa venerunt et inde excollerunt et seminarunt annonam, consiliginem et palmolam. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminaverunt, dixit quod cum aratro et cum ligonibus. Interrogatus si habebant ratio post duos vel tres annos plus vel minus, dixit quod nescit. Interrogatus si licencia alicujus officiales veniebat vel interveniebat, dixit quod non, tamen tasca curie tribuebatur. Interrogatus si integraliter tasca curie tribuebatur, dixit quod sic et aliis⁸³ credit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod non solum de centum sestariis bladi curia annis singulis dampnificatur, immo de centum quinquaginta et ultra. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Blancardi, Poncius de Castro Regali et alii qui habent predicta acpta. Interrogatus si illud dampnum

⁸⁰ Mot omis.

⁸¹ Mot omis.

⁸² Ces trois mots répétés.

⁸³ Ces deux mots répétés.

annis singulis potest accidere, dixit quod sic. Interrogatus si illi qui tenent illa patua seu gasta excolunt seu excolere possunt ea, dixit quod non decimam partem.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de predictis omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Arcella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod nescit.

(int) Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate censetur, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed bene habitat in ea et de universitate /⁸⁴ censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis, dixit quod non attinet producentibus sed aliquibus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quaraginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod plus de sexaginta annis. Interrogatus si odio, amore vel timore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

[20] Eodem die, Guillelmus Rifi, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulo per eos oblatis sibi [lectis]⁸⁵ et expositis diligenter juramento suo dixit super primo capitulo se tantum scire videlicet quod ipse acaptavit a curia aliquas terras suas apud Torum de Figeria bene sunt tredecim anni lapsi et ita fuit sibi concessum per officiales qui tunc erant salvo jure universitatis hominum ville Brinonie lignairandi, pastorgandi, fustejandi, venandi, glannejandi in ipso sicut habebant prius et vidit a viginti annis citra quod homines de Brinonia predicta omnia in capitulo contenta exercuerunt in dictis patuis et gastis exēpto rumpere et seminare in locis ad acustum concessis. Interrogatus que sunt illa patua, dixit quod Bona Garda, Cauvera. Interrogatus de nominibus utentium, dixit quod non recordatur. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt concessa per curiam ad tascam alicui curie dandam, dixit quod quasi concessa fuerunt omnia in acustum. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur⁸⁶, dixit quod nescit. Interrogatus si usus fuit continuus vel interruptus, dixit quod nunquam vidi quod rumperetur. Interrogatus cum quo averi usi sunt exercere predicta, dixit quod cum bobus, vaquis, porcis et ovibus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit inibi seminatum, dixit quod annone, palmole et siligines.

Interrogatus super secundo titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in ipso capitulo vidi et audivit prout supra dixit in prima depositione sua. Interrogatus si illa possessio fuit naturalis vel civilis et que est differentia inter ipsas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur prout supra de se dixit.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

⁸⁴ 12^e feuille.

⁸⁵ Mot omis.

⁸⁶ Ces trois mots répétés.

Interrogatus super quinto capitulo dixit quod nescit aliter nisi quod quando ipse accepit ad acaptum mercadavit ut melius potuit et adeo acaptavit ne aliquid esset ausus intrare et ita credit fuisse de aliis qui acapta hujusmodi suscepserunt.

Interrogatus super VI^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est infra territorium de Brinonia juxta confrontationes supra in ipso capitulo contentis ; de *Cros d'Autran* nescit.

Item super octavo capitulo juramento suo interrogatus dixit verum esse quod de hiis que depositum est fama in villa Brinonie et in castris de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia aut inhabitans Brinonie et si de universitate censetur, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus set pluribus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod nichil. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quaraginta annorum. Interrogatus si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

[21] Eodem die, Guillelmus Jordanus, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter juramento suo super primo capitulo dixit quod quaraginta anni lapsi sunt et ultra quod tam ipse quam alii dicti loci de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt pacifice et quiete sine prestatione banni exercere contenta omnia que in ipso titulo continentur in omnibus gastis et patuis. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod Cavuera, Silva, *Cros d'Autran* sunt et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus per quos possidentur in presenti vel si per curiam fuerunt alicui concessa in acaptum ad tascam curie dandam, dixit quod ad acaptum fuerunt concessa. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines contenta in dicto capitulo exercere impune, dixit quod sic preter seminare et culturare. Interrogatus quid inde dicitur usus et per quantum tempus inducitur usus et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus ipse fuit continuus vel interruptus, dixit quod interruptus postquam concessa fuerunt patua ad acaptum. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare et alia facere que in ipso capitulo continentur, dixit quod cum bobus, porcis et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur ibidem, dixit quod perdices, cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annonae, siligo et palmola.

Interrogatus super secundo titulo juramento suo dixit ita esse verum prout in dicto capitulo continetur prout supra dixit et depositum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit quod nescit aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta, dixit quod in Bona Garda, Cavuera, Amaron. Interrogatus qui fuerunt illi qui dicta gasta rumperunt et illi qui possessionem intraverunt eorumdem, dixit quod non recordatur nec de quantitate. Interrogatus si cum aratro

vel sine aratro seminabant, dixit quod cum aratro et sine aratro. Interrogatus si integraliter fuit assignata tasca curie, dixit quod non recordatur vel scit.

Super quinto capitulo interrogatus juramento suo dixit quod nescit si modicam vel magnam pecuniam dederunt, tamen credit quod illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsi essent ausi intrare et aliter nescit.

Interrogatus super sexto capitulo dixit juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod in quantitate centum sestiorum bladi curia damnificatur et ultra annis singulis ratione quia acpta habentes non possunt excolere ea. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum hujusmodi afferunt curie, dixit quod Marinus de Amarono, Feraudus, Petrus *Mouton*, Petrus Sestaroni. Interrogatus si annis singulis potest illud dampnum accidere, dixit quod nescit. Interrogatus si illi qui dicta acpta habent possunt illa excolere, dixit quod non.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod locus de Bona Garda et locus de *Cros d'Autran* sunt de territorio ville Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Intem super VIII^o capitulo interrogatus juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod fama est de predictis per eum depositis in villa Brinonie et in castris de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et censetur de universitate dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis aliquibus de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed quibusdam aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodeum et si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod triginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quaraginta annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod domini nostri regis si jus haberet.

[22] Eodem die, Raymundus Clemens, testis juramento suo diligenter interrogatus et requisitus de veritate dicenda super capitulis per predictos executores oblati sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo titulo interrogatus juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur, videlicet quod anni sexaginta sunt lapsi quod ipse vidi homines universitatis Brinonie singulariter singulos et universaliter universos sine prestatione banni utentes in omnibus patuis et gastis territorii dicte ville pascendo vel pastorgando cum averi suo, rumpendo, legnairando, fustejando, excolendo et seminando. Interrogatus que sunt illa patua, dixit quod Bona Garda, Cavuera, Signola, Silva, *Englies*, *Cros d'Autran*. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Berengarii, Johannes de Massilia antiquus, Raymundus Penayllis, Hugo *Scarrasson*, *Dolueys*, Guillelmus Peletti, *Costantin*, Petrus Johannis /⁸⁷ *Regaynat*, Bertrandus *Doulueis* et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus cuius sunt et fuerunt, dixit quod domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur presencialiter vel fuerunt aliis ad acustum concessa per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod audivit quod concessa sunt aliqua quibusdam in acustum. Interrogatus si in locis ad acustum concessis usi sunt contenta in dicto capitulo

⁸⁷ 13^e feuille.

facere impune, dixit quod sic preterquam seminare et laborare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur, per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si fuit continuus vel interruptus dictus usus, dixit quod continuus exēpto laborare et seminare ut supra dixit. Interrogatus cum quo averi usi sunt predicta facere, dixit quod cum bobus, vaquis, equabus, ovibus et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, siligines et avene.

Interrogatus super secundo capitulo dixit ita esse verum sicut in dicto capitulo continetur quod premissa contenta in primo titulo vedit a predicto tempore citra prout dixit supra. Interrogatus si illa possessio est vel fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit quod antequam essent dicta patua ad acaptum concessa quod contenta in ipso titulo exercebant, postea vero non.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo utrum modicam vel magnam pecuniam donaverint.

Super sexto capitulo interrogatus juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et locus *Cros d'Autran* sunt infra territorium Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas et quod juxta conscientiam suam curia dampnificatur ratione dictorum acaptorum annis singulis de centum sestariis bladi et plus per illos qui dicta patua ad acaptum suscepunt, eo quia non possunt excolere ipsa acpta ; de hoc quod non excolitur curia non habet tascam quia non possent excolere decimam partem.

Interrogatus super VII capitulo dixit verum esse ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod fama est de predictis in villa Brinonie et in castris de Artacella et Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quando dicitur de aliquo bonum vel malum, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de villa Brinonie, habitans et de universitate, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod centum viginti annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[23] Die septimo decembris, Petrus Moutoni, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulo per eos oblati sibi diligenter [lectis]⁸⁸ et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in ipso capitulo continetur videlicet quod viginti quinque anni lapsi sunt quod ipse vedit [quod]⁸⁹ homines ville Brinonie singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt rumpere, lignairare, fustejare, glanejare, venari, excolere et seminare in omnibus gastis et patuis

⁸⁸ Mot omis.

⁸⁹ Mot omis.

territorii dicti loci sine prestatione alicujus banni, reservata tasca curie de bladis provenientibus ex terris ipsis. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Petrus Andreas, Hugo Scarrassoni, Fulco Fabri, Aniatus, Petrus Castellani et plures alii de quibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, *Amaron*, Torum Figerie et erant et sunt domini nostri regis, tamen aliquibus per curiam fuerunt ad acustum concessa ad tascam curie dandam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines ipsius universitatis exercere ea que in ipso titulo continentur, dixit quod sic expto excolere et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus predictus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto excolere et seminare ut predixit. Interrogatus si patuum seu locus gastus potest dici postquam concessum est alicui persone in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi sunt usi pastorgare in ipsis gastis, dixit quod cum equabus, vaccis, bobus, ovibus, capris et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annone, avene, siligines et legumina.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in ipso vidi a tempore citra per eum dicto supra prout in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in illo capitulo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super quinto capitulo dixit quod unusquisque mercadabat ut melius poterat et illa de causa acaptavit ipse deponens et alii ne aliquis preter ipsos audeat seminare in eis.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod nichil scit de contentis in eo capitulo.

Interrogatus super septimo capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est infra territorium ville Brinonie et de territorio ejusdem [et]⁹⁰ confrontatur cum confrontationibus in ipso capitulo designatis, de aliis dixit se nescire.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella et Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit quia homo est simplex.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et censetur de universitate ejus, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod nescit. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quadraginta libras. Interrogatus cujus etatis est, dixit quod quadraginta annorum ut dixit. Interrogatus si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

⁹⁰ Mot omis.

[24] Eodem die, Hugo Feraudi, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod a tempore viginti quinque annorum citra vidit quod homines universitatis Brinonie usi sunt et fuerunt posse rumpendi, leynarandi, rumpendi, lignairandi, fustejandi, pastorgandi, excolendi, venandi et seminandi in omnibus gastis et patuis sine prestatione banni usque fuerunt concessa ad acaptum aliquibus de Brinonia et adhuc ipsum usum habent in eis exēpto seminare et laborare. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua sive gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, Cauera, Roveria, *Englies* et *Signola*, Silva, *Amaron*, Torum Figuerie, *Cros d'Autran* et sunt et fuerunt domini nostri regis, tamen aliqua fuerunt per curiam ad acaptum concessa ad tascam ipsi curie dandam. Interrogatus quid inde dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus ipse fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus exēpto seminare et excolere postquam fuerunt ad acaptum concessa. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam per curiam concessum est alicui in acaptum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus, capris, bobus, vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit seminatum in eis, dixit quod annone, siligines et legumina.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in eo vidit prout supra in primo capitulo depositi. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit verum esse quod, quando fuit sibi concessum ad acaptum quoddam patuum in Bona Garda per Giraudum de Auriolo tunc clavarium Brinonie et /⁹¹ Guillelmum Vivaudi ibidem bajulum, quod ipsi concesserunt dictum patuum ipsi deponenti salvo jure universitatis hominum de Brinonia et ita debent esse in instrumento acapti, de aliis nescit. Interrogatus qui notarius fecit illud instrumentum, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod predicta in dicto capitulo contenta exercuerunt usque fuerunt per curiam ad acaptum concessa. Interrogatus que sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui in possessionem earum intraverunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, versus ripas de Campis et aliud de aliis nescit. Interrogatus quod genus bladi fuit in eis seminatum et quantum et si cum aratro vel sine aratro et si licencia alicujus officialis interveniebat et si tasca integre fuit curie assignata, dixit quod nescit.

Interrogatus super quinto capitulo dixit se nescire si modicam vel magnam pecuniam donaverunt, de aliis nescit.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit verum esse quod in magna quantitate bladi dampnificatur curia annis singulis de aliquibus locis ad acaptum concessis in quibus non seminatur bladum. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Marinus de *Amaron*, Blancardessa, quod non possunt excolere quintam partem.

⁹¹ 14^e feuille.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontaciones in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod [de]⁹² predictis per eum depositis est fama publica in villa Brinonie, de aliis locis nescit. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et si censetur de universitate Brinonie, dixit quod non oriundus de Brinonia sed bene est habitans et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus de Brinonia⁹³, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod commodum haberet si posset defendere suum acustum sicut defenduntur illa que sub dominio militum de Brinonia tenentur. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod triginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XXXV annorum. Interrogatus si testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod vellet quod potius defenderentur acusta que sub dominio tenentur quam faciunt alia ut supra dixit.

[25] Die VIII decembris, Petrus Amelii, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super dictis capitulis per eosdem oblatis diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo interrogatus juramento suo dixit quod a quadraginta annis citra vidit quod tam ipse quam alii homines de Brinonia usi fuerunt in omnibus patuis et gastis rumpere, lignairare, fustejare, pastorgare, excolare et seminare sine prestatione banni pacifice quoisque fuerunt per curiam aliquibus in acustum concessa, quia illi qui acaptaverunt hujusmodi patua et gasta defendere satagant ut contenta in dicto capitulo exerceant homines dicte universitatis in eisdem patuis et gastis. Interrogatus de nominibus predicta excentium seu qui predicta in ipso titulo contenta exercuerunt, dixit quod Petrus de Puteo, Gairardus, Jacobus Rudella et indiferenter omnes alii qui predicta exercere volebant. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod *Cros d'Autran*, Signola, *Englies*, Bona Garda et fuerunt domini nostri regis et sunt, tamen aliquibus fuerunt in acustum concessa. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum per curiam concessis usi sunt exercere homines dicte universitatis contenta in ipso titulo impune, dixit quod sic videlicet pastorgare et venari, alia nituntur illi qui acaptaverunt defendere ipsis hominibus dicte universitatis. Interrogatus quid dicitur usus, per quantum tempus inducitur, per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod predicta non intelligit. Interrogatus si locus gastus seu patuum potest dici postquam per curiam concessum est alicui in acustum, dixit quod adhuc nuncupantur patua et gasta. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis gastis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, vaquis, bobus et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores, cuniculi, pernices et ulpes⁹⁴. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, siligines et millum. Interrogatus super secundo capitulo dixit ut in primo capitulo dixit quod premissa in eo contenta vidit per illum modum exerceri a tempore in eo dicto citra. Interrogatus si illa

⁹² Mot omis.

⁹³ Ces deux mots répétés.

⁹⁴ Pour vulpes ; il peut s'agir d'une omission du copiste, mais la chute de v- initial est fréquente en provençal maritime.

possessio fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod ita audivit dici esse verum prout in dicto capitulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo non vidi nec scit aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit quod nescit si modicam pecuniam vel magnam dederunt curie et de aliis nescit.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod in conscientia sua non solum curia ratione dictorum acaptorum dampnificatur annis singulis de centum sestariis bladi, immo bene de centum sexaginta et ultra, eo quia sunt aliqui habentes in acustum ducentas sestariatas terre de quibus non possunt excolere sextam partem et si totum excoleretur curia inde haberet suam tascam. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie ratione predicta, dixit quod Hugo Hugonis, Bernardus Raymundi, *Scoloritz*, Johannes Laugerii, Petrus Sestaroni, Barbani, Hugo Castellani, Fulco Bonaudi, Petrus Ayglesiuni, Hugo Pignoli, Bertrandus de Riali, Raynoardi, Barbani. Interrogatus si illud dampnum annis singulis potest accidere, dixit quod sic.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt infra territorium Brinonie et de territorio ejus juxta confines in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit quod de omnibus per eum depositis est publica fama in villa Brinonie, in castris de Vallo, Artacella et Campis. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod fama credit esse quando dicitur de aliquo bonum vel malum, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et si inhabitans et si de universitate censetur, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed inhabitans et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum vel odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod sexaginta annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod vellet quod habeat pristinum usum, tamen qui jus habet optineat.

[26] Die VIII^o decembris, Bertrandus Guiton, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidi vel audivit, dixit quod quaraginta anni lapsi sunt quod ipse vidi et audivit quod tam ipse quam alii homines tam de Brinonia quam de Artacella et Campis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt in omnibus patuis et terris gastis territorii ville Brinonie pastorgare, rumpere, lignairare, fustejare, venari, excolere et seminare⁹⁵ sine prestatione alicujus banni, reservata tamen de fructibus curie tasca. Interrogatus de nominibus

⁹⁵ Ms. seminari.

illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Raymundus *Clement*, Rostangni⁹⁶, Raymundus Poncii, Jacobus Rudella, Guillelmus Clavelli, *Ayme*, Guillelmus Berengarii, Fulco Bonaudi, Aniatus, Guillelmus Bolena et infiniti alii de quorum nominibus presencialiter non est memor exercere in dictis patuis contenta omnia in capitulo predicto. Interrogatus que sunt illa patua, cuius sunt et fuerunt, dixit quod Cauera, Silva, Signola, *Engliers*, Vallis Astruga, *Cros d'Autran* et fuerunt domini nostri regis et sunt, tamen aliquibus fuerunt concessa per curiam in acustum ad tascam curie dandam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines dicte universitatis universaliter universi et singulariter singuli exercere ea que in dicto capitulo continentur impune, dixit quod sic expto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si dictus usus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto quod postquam fuerunt concessa patua ad acustum non fuerunt ausi exercere et seminare. Interrogatus si locus gastus seu patuum potest⁹⁷ dici postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis et gastis, dixit quod cum ovibus, capris, equabus et porcis et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur ibidem, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et pernices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatus, dixit quod annone, avene, siligines et palmole.

Interrogatus super secundo titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod omnia in eo contenta videntur et audivit a tempore supra per eum dicto supra citra sicut in primo capitulo dicit et depositum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod terra erat domini nostri regis et servabat eos et alias nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur prout audivit dici et aliter nescit et quia non fuit in concessionibus factis per curiam de dictis gastis.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu videlicet quod in Cauera et in Silva et Valle Astruga videntur quod Petrus Romani rumperat in Silva et venerunt aliqui de quorum nominibus non recordatur et Amblardi et *Joseph* rumperant illud idem et aliqui intraverunt possessionem eorum. Interrogatus quod bladum seminaverunt in eis et quantam quantitatem, dixit quod annone, consiligines et palmole, de quantitate nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro, dixit quod cum aratro et cum ligonibus. Interrogatus si habebant ratio per illos qui primo rumperant illa per duos vel tres annos vel plus vel minus, dixit quod per aliquos habebatur, per aliquos non. Interrogatus si interveniebat licencia alicujus officialis curie, dixit quod non aliquando et aliquando sic, videlicet quod ipse deponens recolligit bene per septem annos tascas curie et, quando videbat aliquem qui bene non excolebat aliquam terram, ipse incontinenti auferebat eam sibi [et]⁹⁸ alicui alteri tradebat. Interrogatus si integraliter fuit prestita tasca curie regie ex predictis sic sibi quamdiu tenuit, dixit quod sic. Interrogatus que persone prestabantur tascam, dixit quod Guillelmus Lesderii de Campis, Guillelmus Pascaira, Ruafans, Boueri de Campis, Bertrandus Magnani, Guillelmus Magnan

⁹⁶ Ms. Rotsengni.

⁹⁷ 15^e feuille.

⁹⁸ Mot omis.

de Campis, Raymundus Mascarati, Guillelmus Mascarati et plures alii infiniti et Raymundus Garnerii de Brinonia, Hugo Aniati, Isnardus Amici, Bonaudus, Amblardus, Petrus Romani, Petrus Aiglesuni, Raymundus *Clement*, Isnardus *Barban* de Brinonia qui prestaverunt tascam ipsi deponenti pro curia.

Item super quinto titulo interrogatus juramento suo dixit quod prout audivit dici modica fuit pecunia tradita pro acapto et illi de causa acaptaverunt quod aliquis alter preterquam ipsi non essent ausi intrare ipsa patua et gasta.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod in conscientia sua est quod ratione dictorum acaptorum curia regia damnificatur annis singulis de ducentis sestariis bladi et ultra, eo quia illi qui habent hujusmodi gasta et patua non possunt excolere aliqui eorum centesimam partem. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Guillelmus Rifi, Marinus de *Amaron*, Guillelmus Gavoti de Campis, uxor Raymundi *Scolorit*. Interrogatus si anno quolibet potest accidere illud dampnum, dixit quod sic. Interrogatus que pars dictorum patuorum restat ad excolendum, dixit quod quasi totum.

Interrogatus super VII^o titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt in territorio de Brinonia et de territorio ejus juxta confines in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est fama publica in villa Brimonie et in castris de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama quando est bona est bona et quid difamatur est malum et tres vel quatuor persone faciunt famam.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si censetur de universitate hominum dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodeum et si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod triginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quinquaginta annorum. Interrogatus quam partem vellit potius optinere, dixit quod dominum nostrum regem.

[27] Eodem die, Guillelmus Laura, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod quinquaginta anni lapsi sunt et ultra quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi exercuerunt et usi fuerunt in omnibus patuis et gastis territorii ville Brimonie rumpere, leynairare, fustejare, pastorgare, venari, excolere et seminare sine prestatione banni curie, tasca de fructibus salva. Interrogatus de nominibus predicta exercentium, dixit quod Petrus de Nantis, Petrus *Salvaire*, Bertrandus *Trigat*, Stephanus Aucelli, Feraudi, Blancardi, Calvinus et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, Cavuera, Torum Figuerie, Vallis *Cavaillon*, Silva, *Cros d'Autran* et fuerunt domini nostri regis, tamen nunc sunt aliquibus in acustum concessa. Interrogatus si in illis patuis sic in acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter

universi exercere contenta in dicto capitulo, dixit quod nescit quia antiquitas cogit eum ita quod non potest adhibere curam. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dicit quod nescit. Interrogatus si usus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuum vidit ipsum. Interrogatus si locus gastus seu patuum potest dici postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod sic nisi rumpatur et excolatur. Interrogatus cum quo averi pastorgabant in dictis gastis, dixit quod cum ovibus, porcis, equabus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod illa que silvestra erant. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, siligines.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in eo continetur quod contenta in eo vidit prout supra dixit et depositum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil [scire]⁹⁹ de contentis in eo capitulo.

Interrogatus super IIII^o capitulo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo nisi auditu dici.

Interrogatus super VI^o capitulo juramento suo dixit quod ipse credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur hoc ideo videlicet quia Petrus Sestaroni habet bene quingentas sestaria[tas]¹⁰⁰ terre de quibus decem sestaria[tas]¹⁰¹ tum excolit.

Interrogatus super VII capitulo juramento [suo]¹⁰² dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod locus de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt infra territorium Brinonie juxta confrontaciones in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus supra dictis per eum est fama in villa Brinonie et in castris de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de terra Brinonie, inhabitans et si de universitate hominum dicte ville Brinonie censemur, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non quia omnes attinentes sibi quasi decesserunt excepto quodam fratre suo. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, amore vel timore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum et ultra. Interrogatus quam partem vellet potius optimere, dixit quod *cal si vueilla* quia sibi non est cura.

[28] Die X decimo decembbris, Johannes Tasquerii, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda /¹⁰³ super capitulis per eos oblatis sibi lectis [et]¹⁰⁴ expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XXX anni sunt lapsi quod ipse vidit quod homines universitatis ville Brinonie usi fuerunt

⁹⁹ Mot omis.

¹⁰⁰ Finale omise.

¹⁰¹ Idem.

¹⁰² Mot omis.

¹⁰³ 16^e feuille.

¹⁰⁴ Mot omis.

singulariter singuli et universaliter universi rumpere, lignairare, fustejare, pastorgare, venari, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni in omnibus gastis et patuis territorii ville Brinonie. Interrogatus quos homines vidi exercentes contenta in dicto capitulo, dixit quod Raymundum *Clement*, Guillelmum Berardum, Petrum Bravetti, dominum Symonem Cabroni et plures alios exercebant predicta. Interrogatus in quibus gastis seu patuis usi sunt homines dicte universitatis exercere contenta in dicto capitulo, dixit quod in Cauera, Bona Garda, *Englies*, in *Adret*, *Gorgossol*, *Amaron* et *Cros d'Autran*. Interrogatus cujus sunt et fuerunt, dixit quod domini nostri regis et nunc sunt, tamen aliquibus fuerunt per curiam in acustum concessa ad tascam ipsi curie dandam. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis ad acustum usi sunt homines dicte universitatis in dicto capitulo impune, dixit quod sic expto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si locus gastus seu patuum dicitur postquam concessum est per curiam in acustum, dixit quod illa patua licet concessa fuerunt as acustum nuncupantur gasta ex quo usum habent homines dicti castri seu universitatis in eis. Interrogatus cum quo averi sunt pastorgare usi in dictis patuis, dixit quod cum capris, ovibus, porcis, bobus et vaccis. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annone, palmole, silihines.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ut supra in primo capitulo dixit et depositit quod contenta in eo vidi exerceri a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit suod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu videlicet et fuit presens quando Giraudus de Auriolo olim clavarius Brinonie concessit ad acatum Feraudis de Artacella quoddam patuum a Bona Garda et in concessione retinebat quod salvo et retento usus hominum dicte universitatis illud concedebat. Interrogatus si inde fuit factum instrumentum dixit quod nescit.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod dominus Hugo de Brinonia quondam bajulus Brinonie concesserat apud *Adretz* sibi deponenti et patri suo quoddam patuum ad excolendum et dixit eis quod servaret ipsos in eo et venit Bolena et in eodem patuo excoluit et seminavit mala sponte dicti deponentis et aliud nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod credit firmiter quod curia regia annis singulis de C sestariis bladi et ultra dampnificatur eo quia illi qui dictum acustum habent non excolunt decimam partem per se. Interrogatus qui sunt illi qui dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Hugo Hugonis, *Scolorida*¹⁰⁵, Marinus *d'Amaron*, Raymundus *Mascarat*, Poncius de Castro Regali, Blancardi et Feraudi et alii plures.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod in ipso capitulo contenta sunt de territorio Brinonie et infra territorium ejus juxta confines in ipso capitulo designatas.

¹⁰⁵ Ms. Scalorda.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in ipso capitulo continetur [quod]¹⁰⁶ de predictis omnibus per eum depositis est publica fama in villa Brinonie et in castro de Arcella et Campis. Interrogatus quot homines faciunt famam, dixit quod nescit. Interrogatus si est oriundus de Brinonia, inhabitans et censetur de universitate, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed habitans et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel cincommodum vel testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod vellet quod habuerit usum pristinum.

[29] Eodem die, Marinus *Salvaire*, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit verum esse quod ipse vidit quatraginta anni lapsi sunt et circa quousque fuerunt gasta et patua concessa in acaptum quod homines de Brinonia usi fuerunt contenta in dicto capitulo exercere sine prestatione banni in omnibus gastis et patuis territorii dicti loci. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Pascal de Arcella, Petrus de Nantis, Rufus Laura, Raymundus Aycardi, Raymundus *Boisega*, Poncius *Bossiga*, Petrus Raysola, Raymundus Amiga, Guillelmus Garnerii, dan *Glenna*, Guillelmus Rostagni et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Thorum de Figeria, *Amaron*, Fons Andree, Cavuera, Bona Garda, *Cros d'Autran*, *Englies*, Signola et fuerunt domini nostri regis, tamen nunc sunt aliqua ad acaptum concessa ad tascam curie dandam. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic concessis homines dicte universitatis usi sunt exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod in aliquibus usi fuerunt et in aliquibus non. Interrogatus quid est usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si dictus usus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus usque fuerunt patua ad acaptum concessa, quia post non fuerunt usi excolere vel seminare. Interrogatus si locus gastus seu patuum potest dici postquam concessum est per curiam in acaptum, dixit quod gentes possunt nuncupare gasta. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum ovibus, capris, bobus, vaquis et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cervi, cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annonae, ordei, avene et palmole.

Interrogatus super II^o titulo juramento suo dixit ut in primo capitulo quod contenta in eo vidit a tempore supra per eum dicto citra prout supra dixit et depositit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire de contentis in eo videlicet quod quoddam gastum vocatum *Amaron* immittebatur mandato curie Brinonie quod ipse deponens acaptum tanquam plus offerens et fuit sibi concessum per Bermundum de Rocca olim bajulum Brinonie salvo jure universitatis hominum ville Brinonie et inde fuit factum instrumentum manu Johannis de Torreves notarii et alias nescit.

¹⁰⁶ Mot omis.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod ipse vidi quod, quando aliquis rumperat aliqua gasta, alii veniebant et intrabant possessionem aliqui sine licencia et aliqui de licencia reservata curie tasca. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem, dixit quod illa patua sunt apud *Gandalon, Vallon de Bidossa*, in quibus locis ipse deponens vel aliquem eorum rumperat et Symon Feraudi intravit propria auctoritate in possessione et Raymundus Curti rumperat et Mascaratus et alii intraverunt possessionem. Interrogatus quod bladum et quantum seminaverunt et si cum aratro vel sine aratro, dixit quod cum aratro et sine aratro seminaverunt et de aliis nescit. Interrogatus si tasca prestabatur integre curie, dixit quod nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo capitulo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod non credit ita esse ut continetur in eodem capitulo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod locus de Bona Garda est infra territorium de Brinonia et de territorio ejus juxta confrontationes in ipso contentas, de aliis nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit se nichil scire.

¹⁰⁷Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel censemur de universitate hominum dicti loci, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed de universitate est et habitans in eo. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus attinet de Brinonia. Interrogatus si commodum vel incommodum sperat habere et si odio, amore, timore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[30] Die XI^o decembris, Guillelmus Bersa, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod XXX anni lapsi sunt vel circa quod ipse qui loquitur et alii homines de Brinonia usi fuerunt in omnibus patuis territorii ville Brinonie lignairare, pastorgare, glannejare, fustejare, venari, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Petrus de Puteo, Berardus, Petrus Romani, Raymundus *Clement*, Jacobus Rudella, Petrus *Clement*, Raymundus Poncii et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Silva, Signola, *Englies*, Bona Garda, Cavuera et alia plura et fuerunt domini nostri regis et sunt, tamen aliquibus fuerunt concessa ad acustum. Interrogatus si in illis patuis et gastis sic ad acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic excepto seminare et excolere. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus excepto seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam

¹⁰⁷ 17^e feuille.

concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod adhuc tenent illa ut patua. Interrogatus cum quo averi dicunt usi fuisse in ipsis patuis et gastis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, equabus, bobus et vaccis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, perdices et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit seminatum in eis, dixit quod annone, ordei et siligines.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in eo vidit a tempore XXX annorum citra prout supra dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que differentia est inter dictas possessiones, dixit quod naturaliter est de Brinonia.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire aliter nisi prout audivit ab illis qui predicta patua ad acaptum acceperunt.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit quod audivit dici quod illi qui dicta patua ad acaptum acceperunt dictorum patuorum et gastorum modicam pecuniam dederunt et est ut credit verum quod illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsi essent ausi intrare ipsa.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod ita credit esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus que sunt ille persone qui dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Poncius de Castro Regali et omnes illi qui habent ad acaptum dicta gasta seu patua eo quia non possunt excolere ipsa.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod predicta loca de Bona Garda, de *Cros d'Autran* sunt de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIIIº capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de predictis omnibus per eum depositis est fama puplica in villa Brinonie et in castris de Campis et de Artacella. Interrogatus quid est fama puplica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, inhabitans et si de universitate censemur hominum dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet de Brinonia. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode vel si testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtainere, dixit quod jus habentem.

[31] Eodem die, Bertrandus Bersa, testis productus per dictos executores, juravit dicere veritatem super dictis titulis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo interrogatus dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit se vidiisse et audivisse XXXV anni sunt lapsi quod homines de Brinonia usi sunt et fuerunt in omnibus patuis territorii de Brinonia pastorgare, rumpere, fustejare, lignairare, glannejare, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Petrus de Puteo, Raymundus *Clement*, Bertrandus *Costantin*, Guillelmus Berardi, Petrus Braveti, Raymundus

Poncius, de aliis pluribus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod *Cros d'Autran*, Silva, Bona Garda et fuerunt domini nostri regis, nunc autem concessa sunt ad acaptum aliquibus hominibus de Brinonia. Interrogatus si in illis gastis sic ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis exercere ea que continentur in dicto capitulo impune, dixit quod sic expto seminare et laborare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si dictus usus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod ita consueverunt sicut prius in predictis patuis et gastis. Interrogatus cum quo averi usi sunt in predictis patuis sive gastis, dixit quod cum porcis, equabus, bobus et vaquis. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, siligines et palmole.

Super II^o capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Super III^o capitulo interrogatus juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit vel audivit, dixit quod vidit et audivit et presens fuit quando Barbani emerunt ab Hugone Hugone quoddam gastum vocatum *la Selva* et quidam bajulus regius Brinonie cuius nomen ignorat laudavit et retinuit jus et usus universitatis hominum de Brinonia. Interrogatus si inde fuit factum instrumentum, dixit quod sic.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo capitulo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod curia dampnificatur annis singulis de centum sestariis bladis et ultra eo quia illi qui dicta patua habent non possunt excolere ea. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni et Poncius de Castro Regali.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca predicta sunt de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod fama est de predictis per eum depositis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de villa Brinonie oriundus vel habitans et si de universitate censemur hominum ville Brinonie, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed bene attinet pluribus dicti loci. Interrogatus si commodum vel incommodum inde sperat habere et si odio, amore vel timore prohibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod sex milia solidorum. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod vellet quod universitas lucraretur et inde suum pristinum statum haberet.

[32] Eodem die, Raymundus Bonardi, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis

et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod viginti anni lapsi sunt et a dicto tempore citra quod in omnibus patuis et gastis territorii non concessis ad acaptum usi sunt rumpere homines de Brinonia, lignairare et fustare, pastorgare, colere et seminare sine prestatione alicujus banni et adhuc exercent excepto laborare et seminare. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta in ipso capitulo contenta exercuerunt, dixit quod Petrus Bravetti, Raymundus *Clement*, Hugo *Gratusa*, Petrus de Puteo, Isnardus Bonardi, Guillelmus *Magnan*, Marinus *Salvaire*, *Salvaire Doulueis*, Isnardus *Doulueis*, Isnardus *Aniat*, Hugo *Aniat* et plures alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt ^{/108} illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Cavuera, Bona Garda, Silva, *Cros d'Autran*, Crux de Campdomio, *Pous Foran*, Silva, *Englies* et Planum *d'Englies*, *Amaron* et fuerunt domini nostri regis et sunt, tamen aliqua fuerunt in acaptum concessa per curiam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis ad acaptum per curiam usi sunt exercere homines dicte universitatis ea que in ipso titulo continentur impune, dixit quod sic. Interrogatus quod dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in acaptum, dixit quod non obstante concessione per dictos officiales de dictis gastis nuncupantur patua sicut prius. Interrogatus cum quibus animalibus usi sunt exercere seu pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum bobus, vaquis, equabus, ovibus, capris et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, cervi, caprioli et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, avene et consiliginis.

Interrogatus super secundo capitulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in eo vidiit ut supra in prima depositione dixit. Interrogatus si illa possessio est civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super quarto¹⁰⁹ capitulo juramento suo dixit se vidisse quod contenta in ipso capitulo vidiit exercere, tamen de licencia tasquerii faciebant. Interrogatus ubi sunt illa patua et per quos fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod Poncius de Tabia et Petrus *Verga* rumperunt in Silva et Aicardus Barbani intravit possessionem et seminavit in eis. Interrogatus quod bladum seminavit in eis et quantum, dixit quod consiliginis, de quantitate nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro, dixit quod cum aratro. Interrogatus si integre prestabatur tasca ex dicta causa, dixit quod sic. Interrogatus cui tasquierio tradiderunt, dixit quod Hugoni de Jocis.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod audivit ab Hugone Hugonis quod ipse acaptaverat a curia quoddam gastum in Silva precio centum solidorum et paulo post vendidit ipsum viginti duas libras et Raymundus Hugo ut audivit [acaptavit]¹¹⁰ a curia *Cros d'Autran* precio III^{or} librarum et ipsum paulo post vendidit precio XXX librarum et aliud nescit.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia multum dampnificatur in acaptis concessis de patuis et aliud nescit.

¹⁰⁸ 18^e feuille.

¹⁰⁹ Ms. tercio. Le notaire a omis l'article 3, la réponse correspond à l'article 4.

¹¹⁰ Mot omis.

Interrogatus super VII capitulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in dicto capitulo contenta sunt infra territorium ville Brinonie et de ejus territorio infra confines in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama et vox publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et de universitate hominum dicte ville censetur, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed bene attinet pluribus aliis de Brinonia. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum vel testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod ce[n]¹¹¹tum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod tantum unam quam aliam.

[33] Die XIII^a decembris, Petrus Jacobi, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit, dixit se vidiisse triginta anni lapsi sunt et a dicta tempore citra quod homines de Brinonia usi fuerunt rumpere, lignairare, pastorgare, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni in omnibus patuis et gastis territorii dicte ville Brinonie. Interrogatus de nominibus illorum qui predicta exercuerunt, dixit quod Fulco Bertrandi, *dan Coe, dan Laugerius*, de aliis non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod *Englies, Signola, Silva, Bona Garda* et fuerunt domini nostri regis et nunc sunt, tamen aliqui emerunt aliqua ex eisdem. Interrogatus si in illis patuis seu gastis sic concessis per curiam usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que in ipso titulo continentur, dixit quod sic excepto seminare et excolere. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod credit quod ubi populus vel universitas alicujus loci habet usum in aliquo loco. Interrogatus si usum quem allegant universitas vel pars hominum dicte ville fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus excepto seminare et laborare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit ut supra. Interrogatus si patuum dicitur vel locus gastus postquam concessum est alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis sive gastis, dixit quod cum capris, ovibus, vaquis, bobus, porcis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod siligines, annone, palmole et alia blada.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo¹¹² continetur quod contenta in ipso titulo vidit ut supra in primo capitulo dixit a tempore supra

¹¹¹ Tilde omis.

¹¹² Mot répété.

dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit et est civilis vel naturalis et que est differentia inter ipsas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eis.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in dicto capitulo vidit exercere videlicet quod, quando quis fecerat *rumpidas* et eas deserebat, alii postea intrabant possessionem earum et aliter nescit.

Super V capitulo juramento suo interrogatus dixit se nescire si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt, tamen bene credit quod illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsi esset ausus intrare possessionem earum et aliter nescit.

Super VI capitulo interrogatus dixit juramento suo quod non solum curia dampnificatur de centum sestariis bladi immo de ducentis et ultra, eo quia illi qui dicta accpta habent non possunt excolere terciam partem dictorum gastorum et de hiis que non excoluntur curia ammittit et dampnificatur in tasca. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum aferunt curie, dixit quod Poncius de Castro Regali, *Scolorit*, Marinus de Amarono, Petrus Sestaroni. Interrogatus si annis singulis potest dampnum illud accidere, dixit quod secundum quod messes essent bone ; de quibus gastis curia leditur, dixit quod Signola et de Amarono et Bona Garda.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in dicto capitulo designata sunt de territorio Brinonie et infra territorium ejus juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quando quis facit bonum et illud fertur, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel inhabitans et si censemur de universitate hominum dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet. Interrogatus si inde commodum vel incommodum sperat habere et si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod LX libras. Interrogatus cuius etatis est, dicit quod XL annorum et ultra. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dicit quod jus habentem.

[34] Die XVI decembris, Raymbaudus, fusterius, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod bene sunt XL anni lapsi quod ipse deponens lignairavit et fustejavit in dictis patuis et gastis et illud idem vidi de pluribus aliis hominibus dicte ville et etiam vidi plures alios in ipsis venantes et aliud nescit. Interrogatus si in omnibus patuis et gastis fecerunt ipse et alii supra per eum, dixit quod sic. Interrogatus que sunt illa patua et gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cavuera, *Campduemi*, *Roanon*, *Englies* et fuerunt /¹¹³ aliqua domini prioris Arcelle et aliqua sunt de Brinonia. Interrogatus qui fuerunt illi qui predicta exercuerunt, dixit quod Segnoreti de Campis et Bausani, de aliis non recordatur. Interrogatus

¹¹³ 19^e feuille.

si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt ad acaptum concessa aliquibus ad tascam curie dandam, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi vidi pastorgare in dictis patuis et gastis, dixit quod non recordatur. Interrogatus que animalia venabantur in eis, dixit quod lepores et alia silvestra.

Interrogatus super II titulo juramento suo dixit ut in primo dixit quod ea que supra depositus vidi ut supra dixit. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit ut in primo dixit quod ea que supra depositus vidi ut supra depositus.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in ipso capitulo.

Interrogatus super V capitulo dixit se nichil scire de contentis in capitulo illo.

Interrogatus super VI capitulo dixit se nichil scire de contentis in capitulo illo.

Interrogatus super V capitulo dixit se nichil scire de contentis in capitulo illo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in capitulo illo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus vocatus Bona Garda est infra territorium Brinonie et de territorio Brinonie confrontatum cum confrontationibus in ipso capitulo designatis ; de *Cros d'Autran* nescit ut dixit aliquid.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit quod nescit aliquid si est fama de predictis.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si censetur de universitate hominum dicte ville, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed bene censetur de universitate et habitans est de Brinonia. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed aliquibus aliis de Brinonia. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut amore, odio vel timore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod viginti libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

[35] Eodem die, Raymundus *Symon*, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dicit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidi et audivit, dixit se vidisse triginta anni lapsi sunt et plus et a dicto tempore citra quod homines universitatis de Brinonia usi fuerunt et sunt in omnibus patuis territorii dicte ville singulariter singuli et universaliter universi rumpere, lignairare, pastorgare, fustejare, glannejare, venari, excolere et seminare sine prestatione banni et adhuc exercent excepto seminare et excolere et in locis ad acaptum concessis. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod Petrum *Castellan*, Raymundum Armandi, Raymundum Adalberti, Raymundum Amici, *dan Mascaratum*, Pugetos, familiam Nielli, familiam Amici et infinitos de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, Torum Figerie, Eisardum de Valle Anir, *Cros de Proynon*, *Degotail*, *Morre de Proynon*, *Cros d'Autran*, Signola, *Englies* et fuerunt domini nostri regis, nunc autem sunt concessa aliquibus in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic ad acaptum

concessis per curiam homines dicte universitatis usi sunt singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune dixit quod sic exēpto seminare et laborare ut supra dixit. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus usque quo fuerunt concessa ad acustum, quia postea non fuerunt ausi excolere vel seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod sic eo quia homines de Brinonia non omittunt usum pristinum. Interrogatus cum quo averi usi sunt exercere seu pastorgare in eis, dixit quod cum ovibus, vaccis, bobus, porcis, capris et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et leporis. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole et silligines, avene et garotte.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod premissa per eum testificata vidit modo et forma supra per eum dictis a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod ita audivit dici esse verum ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod ipse vidit quod, quando aliquis fecerat aliquam rumpidam in qua habuisset bladum, quod incontinenti veniebant alii et intrabant possessionem ipsius sine licencia alicujus et ibi seminabant, dum tamen curie tribueretur tasca. Interrogatus ubi sunt illa patua rupta et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem earum, dixit quod ipse vidit quod *dan Amblart*, Isnardus Bonaudi et *Joseph* rumperunt in Silva et postea venerunt aliqui de quorum nominibus non recordatur et intraverunt possessionem eorum et seminaverunt annonam et siliginem cum aratro et sine aratro. Interrogatus si integre prestabatur curie tasca ex dicta causa, dixit quod nullus erat ausus amovere bladum donec esset curie satisfactum de dicta tasca.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit quod bene dicitur quod curia leditur annis singulis ratione dictorum acaptorum de centum sestariis bladi, aliter nescit, tamen juxta suam conscientiam multum dampnificatur curia quia patua et gasta non excoluntur.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca contenta in dicto capitulo sunt infra territorium Brinonie et de ejus territorio juxta confrontationes in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur scilicet quod de omnibus et singulis per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, Artacella et Campis. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod fama est publica quando quis est bonus homo et aliud nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, inhabitans et si de universitate hominum dicte ville censetur, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed habitans est et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis hominibus de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quatuor oves et unum mutonem. Interrogatus

cujus etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod curiam regiam.

[36] Eodem die, Isnardus Rodulfi, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod XXX anni lapsi sunt quod ipse vidi quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt exercere in omnibus patuis et gastis territorii ville Brinonie rumpere, lignairare, fustejare, glannejare, pastorgare, excolere et seminare in omnibus patuis et gastis territorii ville Brinonie sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidi exercentes predicta in dicto capitulo contenta, dixit quod *dan Castellan*, Stephanum Resplaudi, Arnaudum de *Bauduen*, Isnardum Gatinelli, filium Petri Castellani, Guillelmum Honorati, Hugonem de Noulis et tot alios quod non recordatur de nominibus eorum. Interrogatus que sunt illa patua sive gasta et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, *Englies*, Cavuera, *Campduemi*, *Monnier*, *Gibassol*, *Cros d'Autran* sunt et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua seu gasta possidentur presencialiter vel fuerunt concessa aliquibus de Brinonia in acustum per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus in acustum ad tascam ipsi curie dandam. Interrogatus si in illis patuis sive gastis [concessis]¹¹⁴ per curiam usi sunt homines dicti loci exercere contenta in ipso capitulo impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam concessum est per curiam alicui ad acustum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis gastis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, bobus, vaccis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur in eis, dixit quod cuniculi, lepores et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, silihines et alia blada.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod premissa per eum deposita vidi a tempore supradicto citra per eum dicto supra prout supra depositum. Interrogatus si illa possessio est civilis vel naturalis vel altera ipsarum et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Super III^o capitulo interrogatus juramento suo dixit se nichil scire de contentis /¹¹⁵ in eo nisi auditu dici, quia in concessionibus non fuit presens.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo capitulo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit nichil scire de contentis in dicto titulo nisi auditu dici, videlicet quod audivit a pluribus quod curia leditur ratione dictorum acaptorum annis singulis de centum sestariis bladi et ultra.

¹¹⁴ Mot omis.

¹¹⁵ 20^e feuille.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca de Bona Garda [et]¹¹⁶ *Cros d'Autran* sunt infra territorium et de territorio ville Brinonie juxta confrontationes in dicto titulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus depositis per eum est publica fama in ville Brinonie et in castris de Artacella, de Vallo et Campis. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est ab origine vel habitans dicti loci et si censemur de universitate hominum dicti loci, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus set pluribus aliis attinet de Brinonia. Interrogatus si inde commodum vel incommode sperat habere aut testificatur odio, amore vel timore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XII libras. Interrogatus quam partem vellent potius obtinere, dixit quod tantum unam quantum aliam.

[37] Eodem die, Guido Amici, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus diligenter de veritate dicenda super dictis capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod a viginti annis citra ipse qui loquitur vidit quod homines de Brinonia usi fuerunt exercere negotia in omnibus patuis et gastis territorii dicti loci sine prestatione banni rumpendo, lignairando, fustando, pastorgando, venando, excolendo et seminando, reservata de fructibus tasca curie regie, et adhuc illud idem exercent excepto quod aliqua ex dictis patuis fuerunt aliquibus de Brinonia in acustum concessa in quibus non sunt audi excolere et seminare. Interrogatus quos homines vidit exercere contenta in dicto capitulo, dixit quod Isnardum Aniati, Bertrandum Aniati, Barbanos et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa gasta et fuerunt et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Silva, Amaron, Bona Garda, Signola, *Englies* et fuerunt domini nostri regis et nunc sunt in acustum per curiam concessa. Interrogatus si in illis patuis sic concessis in acustum per curiam homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic excepto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus excepto quod postquam fuerunt ad acustum concessa fuit eis inhibitum seminare et excolere. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus quod avere vidit pastorgare in dictis patuis et gastis, dixit quod oves, capras et porcos. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, siligines et avene. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel earum altera et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super [III^o]¹¹⁷ capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

¹¹⁶ Mot omis.

¹¹⁷ Chiffre omis.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod, quando aliquis fecerat rumpidas et postea reliquebat eas, volentes¹¹⁸ ipsas excolere veniebant alii et intrabant possessionem earum et in eis seminabant ; aliud vero nescit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod, secundum quod vidit ante concessionem dictorum acaptorum, curia ratione acaptorum ipsorum leditur annis singulis de centum sestariis bladi et plus eo quia nunc sunt sex homines vel circa qui ipsa gasta tenent ad acustum et non possunt excolere terciam partem eorum et ante concessione[m]¹¹⁹ hujusmodi excolebantur melius quia erant plures inibi excolentes ipsa gasta et seminantes in magna quantitate et inde curia regia habebat de fructibus tascam. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum aferunt curie, dixit quod Blancardi, Feraudi, Marinus de *Amaron*, *Scolorida*, Petrus Sestaroni. Interrogatus si annis singulis hoc dampnum potest accidere, dixit quod credit quod sic.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod *Cros d'Autran* et locus de Bona Garda sunt infra territorium de Brinonia juxta confines in ipso capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus depositis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Campis et Artacella. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod credit famam esse quando homo vel femina habet bonam famam, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si censetur de universitate hominum dicte ville, dixit quod non est oriundus de Brinonia sed habitans est et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliis personis de Brinonia, dixit quod non expto cuidam filio suo. Interrogatus si inde commodum vel incommodum sperat habere et si odio, amore vel timore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XX solidos. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod triginta quinque annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere in causa, dixit quod Deus det jus suum habenti.

[38] Die XVII^a decembris, Jacobus Alfanti, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo stitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod ipse vidit viginti quinque anni lapsi sunt quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in omnibus patuis territorii de Brinonia lignairare, rumpere, fustare, pastorgare, venari, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit exercentes in dictis patuis et gastis contenta in dicto capitulo et deposita per eum, dixit quod Hugonem de Luco, Hugonem Gratusam, Petrum *Salvaire*, Guillelmum Hugolini, Petrum *Chaon*, Amblardum, Petrum de Riali, Hugonem Pignoli, Bertrandum de Riali, Hugonem Lauterii, Petrum Romani, Petrum Fuserii, Hugonem Barbani et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius

¹¹⁸ Ms. volens.

¹¹⁹ Tilde omis.

sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt *la Silva*, Bona Garda, Cavuera et fuerunt domini nostri regis, nunc autem concessa sunt aliquibus per curiam in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic exceptis laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducit et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit continuus hactenus vel interruptus, dixit quod continuus expto laborare et seminare ut supra dixit. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam per curiam concessum est alicui in acaptum, dixit quod sic ex quo usum suum habent. Interrogatus cum quo averi pastorgabant in dictis patuis et gastis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, vaccis, bobus et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, sivate, siligines, fabe et garote.

Interrogatus super secundo titulo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod premissa in ipso titulo contenta vidit et audivit a tempore supra dicto per eum citra per modum in supra depositione dictum. Interrogatus si illa possessio fuit et est civilis vel naturalis aut altera earum et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se audivisse dici a pluribus ex illis qui dicta gasta acaptaverunt quod concessa fuerunt eis per officiales curie salvo jure universitatis hominum dicte ville et aliter nescit.

Interrogatus super IVº capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit quod Petrus *Chaon* rumperat in Silva et Petrus Garnerii venit circa per tres annos post et intravit possessionem dicte rumpite et de pluribus aliis vidit illud idem. Interrogatus quid seminavit in dicta rumpita dictus Petrus Garnerii et quantum de blado, dixit quod non recordatur. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro, dixit quod cum aratro et sine aratro. Interrogatus si illa ratio¹²⁰ per illos qui rumperant primo habebatur per duos vel tres annos /¹²¹ vel plus vel minus, dixit quod per tres annos non poterat haberis ratio per illos qui primo rumperant ipsa. Interrogatus si tasca fuit integraliter ex dicta causa curie assignata, dixit quod credit quod sic. Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit quod ita audivit dici esse verum sicut in dicto capitulo continetur videlicet quod modicam pecuniam dederunt illi qui acaptaverunt dicta patua et illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsi esset ausus excolere aliquid in predictis patuis et gastis.

Interrogatus super VI titulo juramento suo dixit quod ratione dictorum acaptuum curia regia dampnificatur de centum sestariis bladi annis singulis et ultra, eo quia nunc non sunt nisi quatuor vel quinque homines qui gasta omnia occupata tenent ratione dictorum acaptorum et non possunt excolere ipsa nisi in modica quantitate et antequam essent ad acaptum concessa erant centum homines inibi excolentes de quibus curia habebat tascam. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Barbani, Poncius de Castro Regalis, Hugo Hugonis, *Scolorida*. Interrogatus si anno quolibet potest hoc dampnum accidere, dixit quod sic.

¹²⁰ Ms. ratione.

¹²¹ 21^e feuille.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod loca in dicto capitulo designata sunt infra territorium Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Super octavo capitulo interrogatus juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus depositis per eum est fama puplica in villa Brinonie et in castris de Artacella et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia et censemur de universitate dicte ville, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis hominibus de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus set pluribus aliis attinet de Brinonia. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[39] Eodem die, Hugo Castellani, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus super capitulis per eos oblatis sibi diligenter [lectis]¹²² et expositis et primo super capitulo primo juramento suo dixit quod bene sunt XVIII anni lapsi vel circa quod ipse vidi quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere ea que in dicto capitulo continentur videlicet lignairando, rumpendo, pastorgando, fustejando, excolendo et seminando in omnibus patuis et gastis territorii ville Brinonie sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod Hugonem Aniati et ejus filium, Bartholomeum Scarrassoni, Guillelmum Scarrassoni, Guillelmum *Merle* et infinitos alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus in quibus patuis sive gastis usi sunt exercere ea que in dicto titulo continentur, dixit quod in Bona Garda, Silva, *Cros d'Autran*, in Signola, in *Englies*. Interrogatus cuius sunt et fuerunt, dixit quod domini nostri regis fuerunt et sunt, tamen quibusdam fuerunt ad acustum concessa. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic ad acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi facere predicta que in dicto capitulo continentur impune, dixit quod sic expto rumpere, excolere et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto seminare et laborare et excolere. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt in dictis gastis sive patuis pastorgare, dixit quod cum ovibus, capris, avere bovino et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, perdices et alia silvestra. Interrogatus [quod bladum]¹²³ fuit seminatum in eis, dixit quod annone et siligines.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit quod a tempore dicto citra vidi premissa exerceri prout supra in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

¹²² Mot omis.

¹²³ Mots omis.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit quod audivit dici esse verum ut in dicto capitulo continetur et aliter nescit nisi quod adhuc exercent in dictis patuis sicut dixit supra.

Interrogatus super IIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit et ubi sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod aliqui de Campis rumperunt in *la Silva* et postea venit Petrus Castellani pater suus et intravit possessionem eorum et ibi excoluit et seminavit sine licencia alicujus officialis et aliter nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit audivisse quod illi qui dicta patua acaptaverunt illa de causa fecerunt ne aliquis preter ipsos esset ausus in eis aliquis exercere.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod ipse credit quod, si patua excolerentur sicuti ante concessionem acaptorum et seminarentur, quod curia haberet anno quolibet centum sestaria bladi et plus quam nunc habeat eo quia illi qui ea ad acustum habent non possunt excolere ea, immo sunt aliqui, videlicet *Scolorida* que non excolit in Signola vicesimam partem et Petrus Sestaroni qui nichil excolit et alii qui habent acasta hujusmodi illud idem. Interrogatus que sunt ille persone per quas dampnum illatum est curie, dixit quod Petrus Sisteroni, *Scolorida*, Barbani, Poncius de Castro Regali, Johannes Laugieri.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca de Bona Garda [et]¹²⁴ *Cros d'Autran* sunt de territorio Brinonie et infra territorium ejus juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIIIº capitulo juramento suo dixit ita esse verum sicut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella et de Campis et de Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus, habitans et si de universitate hominum de Brinonia censemur, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet de Brinonia. Interrogatus si commodum vel incommodum sperat habere et si odio, amore vel timore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod nichil quia est in potestate patris constitutus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XXVIII annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[40] Eodem die, Bertrandus de Rometa, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod viginti quinque anni lapsi sunt quod ipse vidit quod homines de Brinonia usi fuerunt et sunt adhuc exercere in omnibus patuis et gastis territorii Brinonie, lignairare, fustare, glannejare, pastorgare, venari sine prestatione alicujus banni et vidit homines de Artacella et Campis excolentes et seminantes in Bona Garda et in Silva. Interrogatus quos homines vidit sic utantes, dixit quod *dan Mouton*, Feraudos et plures alios, tamen de nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua seu gasta, dixit quod *Englies*, Silva, Bona Garda. Interrogatus cuius sunt et fuerunt, dixit quod domini nostri regis, tamen nunc sunt aliqua ad acustum aliquibus concessa. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum concessis per curiam homines dicte universitatis singulariter singuli

¹²⁴ Mot omis.

et universaliter universi usi sunt impune contenta in dicto capitulo exercere, dixit quod sic, ea que supra dixit. Interrogatus si usus quem allegant fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum capris, ovibus, vaquis, bobus et porcis. Interrogatus [que]¹²⁵ animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores.

Interrogatus super secundo titulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit et est civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire de contentis in eo videlicet quod quidam qui vocatur Hugo Stephanus rumpivit prout ipse vidi in Podio *Rascatz* et postea vidi quod *Castueil* intravit possessionem dicte rumpide et eam excoluit et seminavit, de aliis vero nescit.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo.

Interrogatus super VI capitulo /¹²⁶ juramento suo dixit esse verum quod aliqua sunt concessa ad acustum aliquibus, de quibus curia dampnificatur in non modica quantitate eo quia non excoluntur ut deceret. Interrogatus que sunt illa patua pro quibus dampnum infertur curie, dixit quod Bona Garda quam tenet Petrus Sestaroni in qua nichil excolitur per eum immo dat ad facheriam hominibus de Campis.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod locus de Bona Garda est de territorio et infra ejus territorium juxta confrontaciones in dicto capitulo designatas et *Cros d'Autran* est infra territorium Brinonie, tamen confrontaciones ejus ignorat.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod de per eum depositis loquuntur gentes in villa Brinonie ; de aliis locis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia dixit quod [sic]¹²⁷ et de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet dicte ville. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore prohibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod viginti libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XXXV annorum. Interrogatus quam partem velut potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[41] Eodem die, Raymundus de Brinonia, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod omnia in ipso capitulo vidi exerceri a triginta annis citra usque quo fuerunt in acustum concessa patua, videlicet quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in omnibus patuis et gastis rumpendo, lignairando, fustejando, venando, pastorgando, excolendo et seminando sine prestatione banni, expto

¹²⁵ Mot omis.

¹²⁶ 22^e feuille.

¹²⁷ Mot omis.

quod postquam fuerunt ad acaptum concessa non fuerunt ausi seminare vel excolere homines dicte universitatis sicut prius. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Petrum Castellani, Hugonem Feraudi, Assenerium et ejus filium, Hugonem Montaneam, Barbanos, Petrum de Puteo et infinitos alios de quorum [nominibus]¹²⁸ ut dicit non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, Cavuera, *Englies*, Silva, *Cros d'Autran* et fuerunt domini nostri regis, tamen universitas Brinonie usum suum habebat ; nunc autem sunt aliquibus ad acaptum concessa. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic concessis per curiam homines dicte universitatis usi sunt exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic expto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis et gastis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, bobus, vaquis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes, perdices et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod in aliquibus locis avene, siligines et ordei.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod sicut in prima depositione dixit vidit a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nessit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo nisi auditu dici.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod curia leditur annis singulis de centum sestariis bladi et ultra ratione dictorum acaptorum, eo videlicet quia illi qui habent dicta gasta ad acaptum non possunt excolere decimam partem ipsorum acaptorum et nisi fuissent ad acaptum concessa affuissent plures homines extranei excolentes ipsa patua in magna quantitate ex quibus haberet curia tascam. Interrogatus qui sunt illi qui dampnum afferunt et que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod illi qui dampnum afferunt sunt Petrus Sestaroni, Marinus¹²⁹ de Amarono, Pascaire, Feraudi, Paleria, Barbani, Poncius de Castro Regali, Scoloriti, Castellani et illa patua sunt illa que supra in primo capitulo expressit.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in dicto capitulo contenta sunt infra territorium ville Brinonie et de territorio ejusdem juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella et Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est ut audivit quando quid dicitur publice inter gentes et decem vel duodecim persone famam faciunt.

¹²⁸ Mot omis.

¹²⁹ Ms. Martinus.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et de universitate ejusdem, dixit quod sic. Interrogatus si inde commodum vel incommodum sperat habere et si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod ducentas libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere¹³⁰.

[42] Eodem die, Stephanus Isnardi, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo sibi diligenter lecto et exposito juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit et audivit, dixit quod ipse vidit viginti anni sunt vel circa quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt in omnibus gastis territorii de Brinonia lignairare, fustare, glannejare, venari, excolere, pastorgare et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit ita exercentes, dixit quod Petrum Castellani, Petrum Andream, Durandum de *Boudueyn*, Petrum de Peirolis, Petrum Gavoti et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod Bona Garda, *Amaron*, *Campemieis*, *Englies*, *Cros d'Autran* et erant domini nostri regis, tamen nunc sunt concessa aliqua in acustum. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt exercere homines dicte universitatis impune singulariter singuli et universaliter universi contenta in dicto capitulo, dixit quod sic excepto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quot ita nuncupantur adhuc. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis sive gastis, dixit quod cum bobus, vaquis, porcis, ovibus, capris, equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole et siligines.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut primo capitulo quod contenta in eo vidit prout supra dixit a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus que erat illa possessio, si erat civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIIIº capitulo juramento suo dixit verum esse quod, quando faciebat aliquas rumpidas in aliquo loco et ipsis rumpidis factis deserebat eas per duos annos vel tres quod non excolebat eas, veniebant exinde alii et intrabant possessionem ea sine licencia alicujus. Interrogatus que sunt illa /¹³¹ patua aut ubi sunt et qui fuerunt qui ea primo rumperunt et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem earum, dixit quod illa patua sunt in *Amaron* et fuerunt rupte per Petrum Bonetti et postea venit Petrus Gavoti et intravit possessionem¹³² earum et inde seminavit. Interrogatus quid inde seminavit et quantum, dixit quod nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro ipsum seminaverunt, dixit quod cum ligonibus. Interrogatus si per duos vel tres annos per illum qui prius dictas *rumpidas* fecerunt poterat

¹³⁰ La réponse manque.

¹³¹ 23^e feuille.

¹³² Mot répété.

haberi ratio vel plus vel minus, dixit quod nescit. Interrogatus si tasca exinde ex dicta causa fuit curie tradita, dixit quod credit quod sic.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia non solum leditur de centum sestariis bladi singulis annis, immo de ducentorum et ultra eo quia patua acaptata non possunt excoli per illos qui ea acaptaverunt in vicesima parte, immo dant ipsa ad fachariam illi qui ad acaptum habent aliis et habent ad se illud quod curia regia deberet habere. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod *Amaron*¹³³ et *Cavuera*, *Bona Garda*, *Englies*. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod *Marinus Salvaire*, *Petrus Sestaroni*, *Hugo Hugonis*, *Johannes Laugerii*, *Scolorida*. Interrogatus si annis singulis potest hoc dampnum accidere, dixit quod sic. Interrogatus de quibus patuis et gastis curia jus suum non habuit, dixit quod de patuis supra dictis per eum.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod loca in dicto capitulo contenta sunt de territorio Brinonie et infra territorium ejus juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod per eum depositis est fama in villa Brinonie, de aliis locis nescit. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si de universitate hominum Brinonie censetur, dixit quod sic. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si odio, timore vel amore testificatur aut inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quatraginta libras tam pro se quam uxore sua. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XXX annorum et ultra. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[43] Die vicesima decembris, Isnardus Castellani, de Gareudo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit vel audivit, dixit quod vidit et audivit quod tam ipse quam homines de Brinonia quam homines de Artacella, de Campis et de Gareudo quinquaginta anni lapsi sunt usi fuerunt singulariter singuli et universaliter universi rumpere, fustare, ramare¹³⁴, venari, pastorgare, excolare et seminare in patuis et gastis territorii Brinonie sine prestatione alicujus banni. Interrogatus qui fuerunt illi qui predicta exercuerunt in dictis patuis et gastis, dixit quod Raymundus Sabaterii de Campis, Guillelmus Pugeti de Campis, Borrelli de Gareudo, Restesini de Gareudo, Stephanus Garnerii de Gareudo, Raymundus Amblardi et plures alii quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod *Bona Garda*, *Cavuera* et erant domini nostri regis, tamen fuerunt concessa aliquibus in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic ad acaptum concessis per curiam usi fuerunt exercere contenta in dicto capitulo homines de universitate singulariter

¹³³ Ces trois mots répétés.

¹³⁴ Anc. prov. *ramar* = couper des branches (pour nourrir le bétail quand il n'y a plus d'herbe).

singuli et universaliter universi, dixit quod [sic]¹³⁵, immo prohibetur per illos qui ipsa patua habent. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus usque a modico tempore citra quod prohibetur ut supra dixit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt in dictis patuis pastorgare, dixit quod cum equabus, vaquis, porcis, ovibus et capris. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores, cuniculi et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur. Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit quod omnia contenta in dicto capitulo vidi et audivit a tempore citra per eum dicto supra per modum predictum supra in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in capitulo ipso. Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in capitulo ipso.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo visu, tamen audivit dici ita esse verum ut in dicto capitulo continetur.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in ipso capitulo. Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia dampnificatur multum eo quia illi qui dicta gasta habent ad acustum non possunt ea excolere et antequam essent ad acustum quicumque vellet seminare poterat audacter facere ; aliter nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit quod de omnibus per eum depositis est fama in castris de Gareudo, de aliis locis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si censemur de universitate Brinonie, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus de Brinonia, dixit quod non exceptis quibusdam nepotibus. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XL solidos. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LXV annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod quamlibet vellet habere jus suum.

[44] Eodem die, Guillelmus Honorati, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidi et audivit, dixit quod ipse vidit XXVIII anni lapsi sunt quod homines universitatis ville Brinonie singulariter singuli et universaliter universi usi tunt et fuerunt in omnibus patuis et gastis territorii Brinonie exercere usus suos pastorganto, rumpendo, lignairando, fustejando, clannejando¹³⁶, venando, excolendo et seminando sine prestatione alicujus banni. Interrogatus

¹³⁵ Mot omis.

¹³⁶ Pour glannejando.

quos homines vidit premissa exercere sicut depositus, dixit quod Petrum Gavoti, Rodulfum, Michaelem Rollani, Audebertum Castellani, Guillemum *Mouton*, Petrum *Mouton*, Gayetos, Feraudos et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt *Gandalon*, Bona Garda, Vallis Sancti Petri et sunt et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt concessa aliquibus in acustum ad tascam dandam curie, dixit quod curia concessit aliquibus aliqua in acustum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic ad acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que in dicto capitulo continentur impune, dixit quod sic expto seminare et excolere. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto laborare et seminare. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod sic in eo quia usum suum habent homines de Brinonia in eis. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus, capris, equabus, porcis, bobus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur in eis, dixit quod cuniculi, lepores et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit seminatum ibi, dixit quod annone, palmole et alia blada.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit quod contenta in eo per modum supra dictum per eum vidit ut supra dixit a supradicto tempore citra. Interrogatus si illa possessio est et fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus /¹³⁷ super III^o titulo juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu et opere. Interrogatus ubi sunt illa patua seu gasta rupta et per suas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem earum, dixit quod Guillelmus Ayglesuni excolebat in Cavuera et postea venerunt aliqui de quorum nominibus non recordatur et intraverunt possessionem eorum et inde seminaverunt. Interrogatus quid¹³⁸ inde seminaverunt et quantum, dixit quod nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro, dixit quod cum aratro. Interrogatus si ratio habebatur per illos qui primo rumperant per duos vel tres [annos]¹³⁹ vel minus, dixit quod nescit. Interrogatus si tasca prestabatur integre ex dicta causa curie, dixit quod sic.

Interrogatus super quinto capitulo dixit juramento suo se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super sexto capitulo juramento suo dixit quod curia dampnificatur multum annis singulis, nescit de quantitate, et ex eo dampnificatur quia aliqui sunt habentes ad acustum tantam quantitatem terre quod inde possent vivere XX homines ibidem excolendo et ipsi qui ea habent non possunt excolere vicesimam partem. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod *Amaron* et Cavuera. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum curie afferunt, dixit quod Marinus de *Amaron* et Petrus Sestaroni.

¹³⁷ 24^e feuille.

¹³⁸ Ms. si.

¹³⁹ Mot omis.

Interrogatus super VII titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur quod loca de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt infra territorium ville Brinonie et de territorio ejus juxta confrontationes in ipso titulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de predictis omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Campis, de Artacella et de Gareudo. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si de universitate hominum ville Brinonie censemur, dixit quod non est oriundus sed bene est habitans et de universitate censemur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum vel testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod nichil. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod Deus det jus suum utriusque.

[45] Die penultima decembris, Petrus Giraudi de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod XXV anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in patuis dicti territorii negotia sua rumpendo, lignairando, fustejando, glannejando, venando, excolendo et seminando sine prestatione alicujus banni necnon et ipse [et]¹⁴⁰ alii de Vallo in ipsis pastorgabant, lignairabant et fustejabant. Interrogatus quos homines vidit contenta in dicto capitulo exercentes in gastis et patuis supradictis, dixit quod Hugonem Barbani, Hugonem Bonaudi, Bertrandum de Riali, Petrum de Signa et *dam Castueil* et infinitos alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt, dixit quod illa patua sunt *Englies*, *Signola*, *Cros d'Autran*, *Silva* et fuerunt et sunt domini nostri regis, tamen aliquibus fuerunt ad acustum concessa ad tascam curie dandam. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt et fuerunt premissa contenta in dicto capitulo impune exercere, dixit quod sic exēto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas inducitur et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur¹⁴¹. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus, excolere exēto et seminare. Interrogatus si patuum potest dici seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt in dictis patuis pastorgare homines dicte universitatis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, vaquis, bobus et equabus. Interrogatus que animalia venabantur in dictis patuis, dixit quod cuniculi. Interrogatus quod bladum fuit seminatum in eis, dicit quod annone, siligines, ordei et sivate.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit ut in capitulo primo dixit quod contenta in dicto capitulo vidit a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit

¹⁴⁰ Mot omis.

¹⁴¹ La réponse manque.

civilis vel naturalis vel altera earum et que est est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit quod ita audivit dici esse verum ut in dicto capitulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit quod non fuit in aliquo loco in quo concessum fuerit per curiam seu ejus officiales aliquid ad acaptum, quare nescit si modicam val magnam pecuniam tradiderunt, sed bene credit quod illi qui patua et gasta acaptaverunt fecerunt occasione ne quis esset in eis preter eos intrare ausus.

Interrogatus super VI capituli juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur eo videlicet quia illi qui hujusmodi acapta habent non ita possunt excolere ea sicut excolebantur prius. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Hugo Hugonis, Raymundus *Scolorit*, Johannes Laugerii. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod nisi videret ad oculum non posset exprimere ea.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas ; de loco de Bona Garda nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Campis, Artacella et Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si censemur de universitate hominum de Brinonia, dixit quod non est oriundus de Brinonia vel habitans, tamen aliquod defensum habet in territorio Brinonie propter quod attribuit in talliis quibusdam cum hominibus dicti loci. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si odio, timore vel amore testificatur aut inde commodum vel incommodum sperat habere, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod LX libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum. Interrogatus quam partem [vellet]¹⁴² potius obtinere, dixit quod cuilibet jus suum vellet.

[46] Eodem die, Guillelmus Aycardi de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod quatraginta anni lapsi sunt quod ipse vidit quod homines dicte universitatis usi fuerunt exercere in aliquibus patuis terrae Brinonie singulariter singuli et universaliter universi pastorgare, lignairare, fustejare, rumpere, venari, excolere et seminare. Interrogatus quos homines vidit predicta exercere, dixit quod Amblardum, Rossonum, Johannem Pignoli. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Silva, *Englies*, Vallis Astruga, *Cros d'Autran* et fuerunt domini regis, tamen audivit dici quod aliqua ex hiis fuerunt ad acaptum concessa. Interrogatus si in patuis per curiam ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea

¹⁴² Mot omis.

que in dicto capitulo continentur, dixit quod nescit. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in predictis gastis, dixit quod cum ovibus, porcis, capris, bobus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, siligines et garote.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in eo vidit a tempore supra dicto per eum per modum supradictum dictum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo /¹⁴³ juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod quidam nomine Hugonis Rossoni rumperat in Valle Petraviride et Hugo Pignoli venit et in eo excoluit et seminavit. Interrogatus quod bladum fuit tunc ibi seminatum et quantum, dixit quod annonam tunc seminavit, de quantitate nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminavit, dixit quod cum ligonibus. Interrogatus si licencia alicujus officialis intervenit, dixit quod nescit. Interrogatus si tasca tribuebatur curie integraliter ex dicta causa, dixit quod nescit.

Interrogatus super V[II]¹⁴⁴ capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de (Bona Garda et)¹⁴⁵ *Cros d'Autran* est infra territorium de Brinonia juxta confrontaciones in eo designatas ; de loco de Bona Garda nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit verum esse quod de depositis per eum est publica fama in villa Brinonie et in castro de Vallo, de aliis nescit. Interrogatus quid est fama et quod persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode aut odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod centum libras. Interrogatus cujus etatis est, dixit quod L annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[47] Eodem die, Guillelmus Rostagni, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XXX anni lapsi sunt et ultra quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in patuis territorii de Brinonia et gastis rumpere, lignairare, fustare, laborare, venari, pastorgare, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Barbanos, de aliis non recordatur firmiter excepto Petro *Verga*, Petro de Signa. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod Silva, *Cros d'Autran*, *Englies* sunt illa patua et fuerunt domini nostri regis, nunc sicut audivit concessa sunt aliquibus ad acustum. Interrogatus si in patuis per curiam ad acustum concessis usi sunt

¹⁴³ 25^e feuille.

¹⁴⁴ Lettres omises. La réponse correspond à l'article 7, les notaire a omis les articles 5 et 6.

¹⁴⁵ Mots exponctués.

homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que continentur in dicto capitulo impune, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam concessum est alicui per curiam in acaptum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis gastis, dixit quod equabus, bobus, porcis, vaquis, ovibus et capris. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone et palmole.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit videlicet quod contenta in dicto capitulo vidit a tempore citra per eum dicto supra prout supra dixit per modum et formam per eum jam dictos. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IV^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire super eo videlicet quod quidam rumperat cuius nomen ignorat in *Vallo[n] ¹⁴⁶ Balcos* et venit Guillelmus Feraudi et intravit possessionem dicte rumpide et ibidem excoluit et seminavit annonam et palmolam. Interrogatus quantum bladi quantitatem inibi seminavit, dixit quod nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminavit, dixit quod cum aratro. Interrogatus si licencia alicujus officialis interveniebat, dixit quod nescit. Interrogatus si tasca prestabatur curie ex dicta causa integraliter, dixit quod nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento [suo]¹⁴⁷ dixit verum esse quod *Cros d'Autran* est infra territorium Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas, de Bona Garda vero nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de testificatis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castro de Vallo et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si censemur de universitate hominum Brinonie, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode aut odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XXX libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod illam cum qua usus est et quod libertates pristine servarentur.

[48] Eodem die, Andreas Michael, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo titulo juramento suo dixit quod bene sunt XXX anni vel circa lapsi quod ipse vidit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi in aliquibus patuis et gastis territorii de Brinonia exercuerunt sua negocia rumpendo, lignairando et fustejando, venando, excolendo et seminando ita quod non audivit quod

¹⁴⁶ Tilde omis.

¹⁴⁷ Mot omis.

solveretur bannum. Interrogatus quos homines vidit premissis utentes, dixit quod Bausanum, Petrum Braqueti, Bertrandum *Clement*, Isnardum Broquerii et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt *Englies*, *Cros d'Autran*, Silva et Vallis Podii *Rascatz* et fuerunt domini nostri regis et sunt. Interrogatus si possidentur impresenti vel fuerunt aliquibus in acustum concessa, dixit quod nescit quia viginti quinque anni lapsi sunt quod ipse non fuit continuus in predictis. Interrogatus quid dicitur usus, per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis sive gastis, dixit quod cum ovibus, porcis, capris, bobus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, siligines et avene.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit ut in primo videlicet quod contenta in eo vidit per tempora supra per eum dicta per modum per eum dictum. Interrogatus que erat illa possessio, si erat civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super Vº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super sexto titulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VIIº titulo juramento suo dixit quod locus de *Cros d'Autran* est infra territorium ville Brinonie, de confrontationibus nescit nec de loco de Bona Garda scit aliquid.

Interrogatus super VIIIº titulo juramento suo dixit verum esse quod de per eum depositis est fama publica in castro de Vallo, de aliis nescit. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod famam credit esse quando aliquid facit bonum, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate hominum Brinonie censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si odio, amore vel timore testificatur aut inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XL annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellit potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[49] Eodem anno, die videlicet ultimo decembris, Bertrandus Gaynaudi, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod vidit homines Brinonie lignairantes, fustejantes, venantes et cum suo averi pastorgantes in patuis et gastis territorii ville Brinonie. Interrogatus quos homines vidit premissa exercentes, dixit quod Salvarium Barbani, Trigatum, Bersencos, *Clement*, /¹⁴⁸ Fulconem Bonaudi. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt *Englies*, *Cros d'Autran*, Cavuera et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel per curiam alicui in acustum concessa ad

¹⁴⁸ 26^e feuille.

tascam ipsi curie dandam, dixit quod nescit aliter nisi quod audivit quod concessa sunt ad acaptum. [Interrogatus si in patuis sic]¹⁴⁹ concessis usi sunt homines de Brinonia exercere ea que supra dixit impune, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acaptum, dixit quod nescit. Interrogatus si in illis patuis sic [concessis]¹⁵⁰ ad acaptum usi sunt homines de Brinonia exercere impune, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod non vidit ipsum interrumpi. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus, porcis, capris, bobus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et alia silvestra.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo ut in primo capitulo depositum, quod deposita vidit XXV anni lapsi sunt. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in eo contenta sunt infra territorium et de territorio Brinonie juxta confrontaciones in eo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit verum esse quod de per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castro de Vallo. Interrogatus quid est fama publica et quot homines faciunt famam, dixit quod fama est quando quis est bonus et una persona facit famam.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel de universitate censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus seu aliquibus aliis attinet, dixit quod non. Interrogatus si inde commodum vel incommode habere sperat ac si odio, amore vel timore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XXX libras et plus. Interrogatus cujus etatis est, dixit quod XXX annis et plus. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod universitatem.

[50] Eodem die, Petrus Barbani, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis juramento suo super primo capitulo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ex eo quia, si veniret aliquis larem fovere volens in villa Brinonie, poterat seminare et excolere et homines de Brinonia¹⁵¹ exercebant in patuis territorii de Brinonia duodecim anni lapsi sunt pastorgare, lignairare, rumpere et excolere et seminare et venari. Interrogatus quos homines vidit exercentes premissa per eum deposita, dixit quod Fulconem Bonaudi, de aliis nescit. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Silva, *Cros d'Autran*, Crux de Campodomio, Signola, *Englies* et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt per

¹⁴⁹ Mots omis.

¹⁵⁰ Mot omis.

¹⁵¹ Ces deux mots répétés.

curiam alicui in acaptum concessa, dixit quod concessa sunt in acaptum prout audivit per curiam. Interrogatus si in illis patuis sic ad acaptum concessis per curiam usi sunt homines dicte universitatis exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod non prout audivit dici. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si dictus usus fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur posquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum mutonibus, capris et ovibus. Interrogatus que animalia venabantur in dictis patuis sive gastis, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo vidit per tempus supra dictum per eum per modum prout supra dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento quo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis [in eo]¹⁵².

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit nescire aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca de Bona Garda et *Cros d'Autran* sunt de territorio Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella, Campis et Artacella et Gareudo. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel de universitate censetur, dixit quod oriundus est de Brinonia, tamen non est habitans nec de universitate censetur. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis de Brinonia attinet. Interrogatus si odio, amore vel timore testificatur aut inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XX libras. Interrogatus cujus etatis est, dixit quod XXX annorum. Interrogatus quam partem vellit potius optinere, dixit quod universitatem.

[51] Eodem die, Johannes Guigo, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod bene sunt XX anni lapsi quod ipse vidit quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in patuis regis territorii Brinonie exercere sua negocia rumpendo, lignairando, glannejando, fustejando, pastorgando, excolendo et seminando sine prestatione alicujus [banni]¹⁵³. Interrogatus quos homines de Brinonia vidit premissis exercentes, dicit quod Poncium Broquerii, Gairardum, Raymundum Bonardi, Fulconem *Mouton* et plures alios de

¹⁵² Mots omis.

¹⁵³ Mot omis.

quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Vallis Astruga, Signola, *Englies*, *Cros d'Autran* et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si predicta possidentur patua impresenti vel fuerunt aliquibus in acustum [concessa]¹⁵⁴, dixit quod adhuc possidentur ut credit. Interrogatus si patuum potest dici seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod tunc nuncupabantur patua. Interrogatus quod genus averis vidit in eis pastorgare, dixit quod ovinum, caprinum, porcinum et equinum. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annone et siligines.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo vidit per modum supra dictum per eum predicto tempore sicut dixit supra. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi quod Gairardus et Raymundus Bonardi rumperunt in Valle Astruga et Bertrandus Barralerii de Vallo acaptavit dictam rumpidam a curia.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit quod locus de *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie juxta confrontationes in eo contentas ; de Bona Garda nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit quod fama est de predictis in castro [de Vallo]¹⁵⁵, de aliis locis nescit. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel de universitate hominum dicte ville censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, /¹⁵⁶ dixit quod non. Interrogatus si odio, timore vel amore testificatur aut inde sperat habere commodum vel commodum, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[52] Die tercio januarii, Petrus Barralerii, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod XX anni sunt lapsi et plus quod ipse qui loquitur vidit quod homines de Brinonia lignairabant in quodam loco vocato *Englies* et inibi cum averi suo pastorgabant et aliud nescit de conte[n]tis in eo. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare homines dicte universitatis in dicto loco, dixit quod cum capris, ovibus, porcis, vaquis et bobus.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dicit se nichil scire de contentis in eo.

¹⁵⁴ Mot omis.

¹⁵⁵ Mots omis.

¹⁵⁶ 27^e feuille.

¹⁵⁷ Tilde omis.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo dixit se nichil aliud scire nisi quod audivit dici quod tot suscepserunt illi qui acaptaverunt quod non possunt excolere medietatem.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit quod *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie juxta confrontationes in eo designatas, de Bona Garda nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire.

[53] Eodem die, Petrus Scoferii, de Vallo, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod XV anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidi quod homines dicte universitatis rumpebant, lignairabant, fustabant, pastorgabant, excolebant et seminabant in patuis territorii Brinonie, tamen dicebant quod pro domino nostro rege ea exercebant et faciebant ad tascam curie dandam et vidi etiam tasquerium venientem ad dictum locum et loca et pro dicto domino nostro rege seu ejus curie suscipientem tascam. Interrogatus quos homines sic utentes [vidit]¹⁵⁸, dixit quod Hugonem Blanqui, Gairardum, Raymundum Bonardum et Moutonum et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod *Englies*, *Cros d'Autran* et Silva et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt concessa alicui per curiam ad tascam curie dandam, dixit quod ad acustum fuerunt concessa quibusdam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis homines dicte universitatis usi sunt exercere impune ea que in dicto capitulo continentur, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si locus gastus seu patuum dicitur postquam per curiam concessum est alicui in acustum, dixit quod ita nuncupantur nunc gasta et patua sicuti faciebant prius. Interrogatus quod genus vidi pastorgare in dictis patuis et gastis, dixit quod oves, capras, boves, vacas et equas. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et leporis. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone et siligines.

Interrogatus super II^o titulo dixit ut in primo capitulo dixit quod contenta in ea vidi ut supra dixit per modum supra designatum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire super eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se vidi quod Raymundus Bonardus et Gairardus rumperunt in Valle Astruga et venit Bertrandus Barralerius de Vallo et intravit possessionem dicte rumpide asserendo ipsam a curia in acustum suscepisse. Interrogatus quod bladum et quantum fuit inibi per dictum Bertrandum seminatum, dixit quod annone et siligines, de quantitate nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminavit, dixit quod cum aratro. Interrogatus si tasca fuit tradita ex dicta causa curie integraliter, dixit quod ipse Bertrandus dicebat quod integraliter tribuerat et aliter nescit.

¹⁵⁸ Mot omis.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nescire si modicam pecuniam vel magnam curie tribuerunt, tamen non carent sibi exercere negotia sua homines de Brinonia immo exercent ipsa sicut prius.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nescire aliquid, tamen magna quantitas restat ad excolendum de gastis predictis.

Interrogatus super VIIº capitulo juramento suo dixit verum esse quod *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas ; de Bona Garda vero nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit verum esse quod de depositis per eum est fama in villa Brinonie et in castris de Vallo, de aliis locis nescit. Interrogatus quid est fama et quot homines faciunt famam, dixit quod vicini faciunt famam.

Interrogatus si est ab origine de Brinonia, habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quinquaginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[54] Die quinto januarii, Giraudus de Guillelma, de Gareudo, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo titulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod XX anni lapsi sunt quod ipse vidit homines dicte universitatis singulariter singulos et universaliter universos exercentes contenta in dicto capitulo in patuis et gastis territorii de Brinonia rumpendo, lignairando, venando, pastorgando, excolendo et seminando. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua sive gasta et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda et Thorum Figerie et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus ad acustum concessa per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus in acustum. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo, dixit quod nescit. Interrogatus quid inde dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant fuit continuus hactenus vel interruptus, dixit quod credit quod continuus, aliter nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod non. Interrogatus cum quo averi usi sunt homines dicte universitatis pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum capris, ovibus, vaquis et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores et cuniculi. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod ordei, annonae et siliginis.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo supra dixit vidit prout supra depositum. Interrogatus si illa possessio fuit et est civilis vel naturalis vel altera earum (dixit)¹⁵⁹ et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

¹⁵⁹ Le notaire a omis de barrer ce mot.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nescire si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt, tamen illa de causa acaptaverunt ne aliquis preterquam ipsi essent ausi intrare dicta acapta.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nescire de quantitate in qua curia dampnificatur, tamen bene dampnificatur ratione dictorum acaptorum quia ita non excoluntur sicut prius. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Guillelmus Rufi, Fulco Feraudi, liberi Symonis Feraudi et Hugo Belserius.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de per eum depositis est publica fama in villa Brinonie et in castris de Vallo, de Artacella, de Campis et de Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est ab origine de Brinonia vel habitans et si de universitate censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed quibusdam aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dicit /¹⁶⁰ quod quinquaginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[55] Eodem die, Jacobus Garnerii, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit vel audivit, dixit quod ipse vidit XXXV anni lapsi sunt vel circa quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in patuis et gastis territorii Brinonie negotia rumpendo, lignairando, fustejando, glannejando, venando, pastorgando, excolendo et seminando sine prestatione alicujus banni. Interrogatus per quos homines vidit predicta contenta in dicto capitulo exerceri, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda et Thorum Figerie et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur impresenti dicta patua vel fuerunt per curiam concessa ad acustum alicui ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod adhuc exercent ut prius exercerunt. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines Brinonie fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod quamdiu ipse vidit fuit continuus. Interrogatus si patuum dicitur postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod sic nisi fuerit ruptum. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis sive gastis, dixit quod cum bobus, ovibus, porcis, capris, equabus. Interrogatus

¹⁶⁰ 27^e feuille.

que animalia venabantur, dixit quod caprioli et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone et siligines.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit quod omnia contenta in eo vidit a tempore supra per eum dicto citra per modum per eum dictum supra. Interrogatus que possessio fuit illa, si fuit civilis vel naturalis, et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit. Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eis.

Interrogatus super IIIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo quia nichil vidit nec audivit in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod bene dicitur inter gentes de Gareudo quod ratione dictorum acaptorum curia dampnificatur annis singulis de centum sestariis bladi et ultra eo quia illi qui dicta gasta ad acustum acceperunt non possunt excolere ipsa. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod *Tor Braganos* et *Suel de Tor Braganos*. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Blancardi.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit quod locus de Bona Garda est infra territorium de Brinonia juxta confrontationes in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de per eum depositis est fama publica in villa Brimonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodeum et si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XL libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod dominum nostrum regem.

[56] Eodem die, Johannes Rostagni, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super II capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIIIº capitulo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod verum est quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonia juxta confrontationes in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

[57] Eodem die, Hugo de Trians, de Gareudo, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus diligenter de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super II capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dicit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super III^o capitulo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod dicitur inter gentes de Gareudo quod multum dampnificatur curia eo quod gasta sunt ad acaptum concessa, aliter nescit.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit se audivisse quod dictus locus de Bona Garda est de territorio de Brinonia, aliud nescit.

[58] Die decimo januarii, Raymundus Mascarati, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod XXX anni lapsi sunt et plus quod quidam qui vocabatur *Chaorgas*, de Brinonia, rumpivit in quodam gasto vocato *Gardiola*, de aliis hominibus qui *rumpidas* fecerunt non recordatur ; tamen a dicto tempore citra vidi quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in gastis et patuis territorii de Brinonia lignairare, fustejare, glannejare, venari et pastorgare. Interrogatus quos homines vidi premissa exercentes, dixit quod *dan Alfani* et *dan Biols*, de aliis non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt *Cros d'Autran*, Bona Garda, *Amaron* et per omnia alia gasta et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt per curiam concessa in acaptum alicui ad tascam curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus in acaptum per curiam. Interrogatus si in illis patuis sive gastis ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que supra dicit impune, dixit quod sic, tamen Petrus Sestaroni credit illud prohibere. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si fuit dictus usus hactenus continuus vel interruptus quem allegant homines dicte universitatis, dixit quod continuus in rebus supra dictis per eum. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod adhuc nuncupantur gasta. Interrogatus cum quo averi pastorgabant, dixit quod cum porcis, bobus, vaccis, ovibus, equabus et capris. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod perdices, cuniculi et lepores.

Interrogatus super II^o capitulo juramento dixit quod contenta in eo vidi a tempore supra dicto per eum ut dixit supra per modum supra dictum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super tercio capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod eo quia ipse deponens acaptavit quoddam gastum apud *Vallon de Bidossa* positum a quodam bajulo Brinonie qui vocabatur dominus Paulus et Guillelmo Sestaroni tunc clavario ibidem et retinuerunt in concessione usum et jus hominum de Brinonia et habitantium in ea et ita continetur in instrumento acapti quod ipse deponens in domo sua habet. Interrogatus per quem notarium fuit dictum instrumentum confectum, dixit quod per Raynoardum Garnerii ut sibi videtur.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod non vidi uti contenta in capitulo ipso.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit verum esse quod illi qui acaptaverunt dicta gasta illa suscepserunt illa dicta ne quis preter ipsos excoleret in eis, tamen ipse non dedit pro acapo suo modicam pecuniam immo magnam et de aliis credit sic fuisse.

Interrogatus ^{/161} super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia dampnificatur annis singulis solum de acapo Petri Sestaroni et Hugonis Nigri de Gareudo de centum sestariis annone eo quia tanta terre quantitas possidetur per eos quod vix poterat extimari de qua quasi nichil excolitur. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic quia, nisi fuissent dicta gasta ad acaptum tradita, multi homines ibi venirent et seminarent in eis.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus Bone Garde est infra territorium Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas et locus *Cros d'Autran* est de territorio Brinonie, confrontationes vero nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit quod de depositis per eum est fama in villa Brinonie et in castro de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est ab origine de Brinonia, habitans vel de universitate hominum Brinonie censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed aliquibus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XL libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod octuaginta annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[59] Eodem die, Petrus Curti, de Campis, testis productus per dictum producentem, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulos per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod LXXX anni lapsi sunt vel idcirca quod ipse deponens vidi quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in patuis et gastis territorii ville Brinonie pastorgando, lignairando, fustejando, glannejando et venando. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et¹⁶² cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cavuera, Bona Garda et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt per curiam alicui in acaptum concessa ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic in acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que supra dixit impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui

¹⁶¹ 28^e feuille.

¹⁶² Ces cinq mots répétés.

in acaptum per curiam, dixit quod sic ex quo non excolitur. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum vaquis, bobus, equabus, porcis, ovibus et capris et cum omni alio averi. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod vulpes et lepores.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit quod omnia per eum deposita vidi a tempore supra dicto per eum citra. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod ita credit esse ut in dicto capitulo continetur et aliter nescit.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit quod ipse vidi quod quidam qui vocabatur Poncia rumpivit in loco vocato *Spitalet* et venerunt quidam de quorum nominibus non recordatur et intraverunt possessionem rumpite et ibi seminaverunt, non recordatur quod bladum fuit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit quod credit quod illa de causa acaptaverunt dicta gasta ne aliquis intraret dicta patua exceptis ipsis ; nescit tamen si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur videlicet quod illi qui dicta gasta acaptaverunt non possunt excolare octavam partem, quare curia dampnificatur annis singulis quod in quantitate centum sestiariorum et ultra quia, ante antequam fuissent concessa ad acaptum, excolebantur melius quam nunc et inde curia habebat tascam. Interrogatus que sunt illa gasta que non excoluntur, dixit quod Cavuera et Bona Garda. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Marinus Salvarius et Blancardi.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo contentas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII titulo juramento suo dixit quod de per eum depositis est fama in villa Brinonie et de Campis. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si de universitate ville Brinonie censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed quibusdam aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode aut odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod LXXX libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod centum annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[60] Eodem die, Petrus Castellani, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XL anni lapsi sunt quod ipse vidi quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi sunt in patuis et gastis exercere negocia sua lignairando, fustejando, laborando, seminando, glannejando, venando et pastorgando. Interrogatus quos homines vidi premissa exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt

Cavuera, Bona Garda et fuerunt¹⁶³ domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt concessa per curiam alicui in acustum ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod ad acustum fuerunt concessa. Interrogatus si in illis patuis sic concessis ad acustum usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que supra dixit impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel /¹⁶⁴ interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus [gastus]¹⁶⁵ postquam concessum per curiam alicui in acustum, dixit quod adhuc nuncupantur gasta ex eo quia datur curie tasca pro eis. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum bobus, vaccis, porcis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod vulpes, lepores, cuniculi, cervi, caprioli et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod contenta in eo vidit prout depositum in primo capitulo per modum supra dictum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo nisi auditu dici.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur visu et auditu. Interrogatus ubi sunt illa gasta, [dixit]¹⁶⁶ quod Fons *Dalmas*. Interrogatus per quas personas fuerunt rupta, dixit quod per Durandum Castellani. Interrogatus qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod Garnerii. Interrogatus quod bladum vidit in eis seminare et quantum, dixit quod avenam, de quantitate nescit. Interrogatus si licencia alicujus officialis intervenit, dixit quod non. Interrogatus si tasca integraliter fuit tradita curie ex dicta causa, dixit quod sic. Interrogatus qui fuerunt illi qui dictam tascam tribuerunt et cui persone tradiderunt eam, dixit quod illi qui eam tribuerunt tascam fuerunt Garnerii et eam tribuerunt cuidam nomine Petro Nigro ut sibi videtur.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire aliter nisi quod audivit dici quod modicam pecuniam tribuerunt.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo [dixit]¹⁶⁷ quod, juxta conscientiam suam, non solum curia de centum sestariis[s]¹⁶⁸ bladi dampnificatur, immo de majori quantitate singulis annis eo quia illi qui dicta gasta ad acustum habent non possunt excolere ipsa. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod Bona Garda et Cavuera in quibus sunt L loca et plus que seminarentur et excolerentur nisi fuissent ad acustum concessa. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic.

¹⁶³ Ces deux mots répétés.

¹⁶⁴ 29^e feuille.

¹⁶⁵ Mot omis.

¹⁶⁶ Mot omis.

¹⁶⁷ Mot omis.

¹⁶⁸ Lettre omise.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod locus de Bona Garda est infra territorium Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus depositis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella, de Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans et si censemur de universitate hominum dicti loci, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod Giraudo de Auriolo attinet. Interrogatus in quo gradu, dixit quod consanguineus suus germanus est. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode aut odio, timore vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras et plus. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LXX annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[61] Eodem die, Bertrandus Adalberti de Barrio, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod quadraginta anni lapsi sunt vel circa quod ipse qui loquitur vedit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere negocia sua in patuis et gastis territorii de Brinonia rumpendo, lignairando, fustejando, glannejando, venando, pastorgando, laborando et seminando. Interrogatus qui sunt seu fuerunt qui predicta exercuerunt, dixit quod *dan Joseph*, Lombardi, Amblardi, de aliis non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cauvera, Bona Garda, Silva et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus in acustum concessa per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt ad acustum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic concessis ad acustum usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere predicta contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic excepto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus excepto laborare et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus [gastus]¹⁶⁹ postquam concessum est alicui in acustum per curiam, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum ovibus, bobus et porcis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone.

Interrogatus super II capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in eo vedit prout in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

¹⁶⁹ Mot omis.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nescire si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt, tamen credit quod illa de causa acaptaverunt ne quis esset ausus intrare preter ipsos.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod credit quod curia multum dampnificatur propterea quia concessa sunt dicta gasta ad acaptum quia non possunt excoli. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni et Blancardi. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas, de aliis locis nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quando dicitur talis est bonus laborator et talis est malus, de aliis nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel de universitate hominum dicte ville censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod CLX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod vellet quod pristinum usum haberent.

[62] Eodem die Guillelmus *Confieich*, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo titulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod anni quatraginta lapsi sunt vel circa quod ipse deponens vedit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt rumpere, lignairare, fustejare, glannejare, venari, pastorgare, excolere et /¹⁷⁰ seminare in patuis et gastis territorii Brinonie sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vedit premissa exercentes, dixit quod Audebertum Castellani, Ayglesunos, *Maluvern*, Raymundum Andream et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua sive gasta, dixit quod Cavuera, Bona Garda, Silva, Crux Campduemi et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus in acaptum concessa ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt ad acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic exēpto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus exēpto laborare et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum ovibus, porcis et vaccis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur.

¹⁷⁰ 30^e feuille.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit quod omnia contenta in eo inde vidit prout in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod vidit Ayglesunos in quadam terra erupta in Plano Cavuere laborantes, nescit tamen quis eam rumperat.

Interrogatus super quinto capitulo juramento suo dixit quod fertur publice prout audivit dici a Bertrando *Rougon* quod ipse acaptaverat quoddam gastum in Plano Cavuere precio XXX solidorum.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod fertur publice in castro de Campis quod curia dampnificatur annis singulis ratione dictorum acaptorum de centum sestariis bladi et ultra, pro eo quia nisi fuissent ad acustum concessa dicta patua fuissent quasi exculta et seminata et illi qui ea habent ad acustum nichil excolunt aliqui. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod Bona Garda. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic.

Interrogatus super VII titulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas et *Cros d'Autran* est de territorio de Brinonia confrontatum cum Colle Sancti Poncii, de aliis confrontationibus nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama puplica et quot persone faciunt famam¹⁷¹.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel si de universitate hominum dicti loci censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum et si odio, timore vel amore testimonium perhibet, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XII libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[63] Eodem die, Hugo Boerius, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod quaraginta anni lapsi sunt quod ipse deponens vidit quod homines de Brinonia usi fuerunt semper lignairare, fustejare, glannejare, excolere, pastorgare et seminare sine prestatione alicujus banni in patuis et gastis territorii de Brinonia. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Bertrandum de Riali et Petrum *Chaon*, de aliis non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Silva, Cavuera, Bona Garda et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt per curiam aliquibus in acustum concessa ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa fuerunt aliquibus in acustum concessa per curiam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines

¹⁷¹ La réponse manque.

dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere ea que in dicto capitulo continentur impune, dixit quod nescit. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum seu locus gastus dicitur postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum bobus, porcis et capris. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, avene, palmole et millum.

Interrogatus super II capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in eo vidit per tempus dictum per eum in primo capitulo et per modum supradictum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod nescit aliquid de contentis in capitulo ipso.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit quod non vidit uti contenta in capitulo ipso.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod multum dampnificatur curia ratione dictorum acaptorum, nescit tamen de quantitate. Interrogatus que sunt ille persone qui dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Blancardi. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic quia illi qui habent ea non possunt excolere ipsa.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes contentas in dicto capitulo ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castris de Campis, de Gareudo et Arcella. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, habitans vel de universitate hominum dicti loci censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed aliquibus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut timore, odio vel amore testificatur, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[64] Eodem die, Bertrandus Juliani, /¹⁷² testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod contenta omnia in dicto capitulo vidit circa XL anni lapsi sunt per homines de Brinonia singulariter singulos et universaliter universos in patuis et gastis territorii de Brinonia sine prestatione alicujus banni

¹⁷² 31^e feuille.

rumpendo, lignairando, fustejando, glannejando, pastorgando, venando, excolendo et seminando. Interrogatus quos homines vidi premissa exercentes, dixit quod Aycardum Raymundi, Griszonus, Audebertum Castellani et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, Cavuera et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti dicta patua vel fuerunt aliquibus concessa per curiam in acaptum ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus ad acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic expto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto laborare et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod sic nisi rumpantur. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, equabus, vaquis et bobus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores, cuniculi et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit in eis seminatum, dixit quod annone, siligines, palmole et annone.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo vidi per tempus predictum per eum in primo titulo citra per modum supra dictum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel earum altera et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IV^o capitulo juramento suo dixit se vidi uti quod, quando aliquis faciebat aliquam rumpitam et tenebat eam per duos annos vel tres infra quos posset extrahere suum mautrach, quod postea si deserebat veniebant alii et intrabant possessionem earum. Interrogatus que sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod illa patua sunt in Cavuera et ipse deponens rumperat ea et aliqui de Brinonia quorum ignorat nomina intraverunt possessionem eorum. Interrogatus si licencia alicujus officialis intervenit, dixit quod nescit. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum et quantum, dixit quod non recordatur de genere bladi et de quantitate nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminaverunt, dixit quod cum aratro. Interrogatus si per duos vel tres annos poterat haberi ratio per illos qui prius rumperant illa vel plus vel minus, dixit quod minus. Interrogatus si ex dicta causa prestabatur curie integre tasca, dixit quod nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nescire aliquid¹⁷³ de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod multa loca sunt que ante concessionem acaptorum hujusmodi excolebantur et seminabantur, de quibus tascam habebat curie, que postquam fuerunt concessa in acaptum non fuerunt exculta vel seminata. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur vel seminantur, dixit quod Bona Garda et Cavuera.

¹⁷³ Ms. aliquis.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit se tantum scire de contentis in eo quod locus de Bona Garda est infra territorium ville Brinonie juxta confrontationes designatas in dicto capitulo ; de *Cros d'Autran* dixit se nescire.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum videlicet quod de depositis per eum est fama in castro de Campis et in villa Brinonie ac in castris de Artacella et de Gareudo credit illud idem. Interrogatus quid est fama puplica et quot personae faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si de universitate Brinonie censematur, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, timore vel amore testimonium perhibet, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum vel circa. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod universitatem.

[65] Eodem die, Bertrandus Amici, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XX anni lapsi sunt vel circa quod ipse deponens vidi quod homines Brinonie singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in patuis et gastis territorii dicti loci exercere sua negocia sine banni prestatione pastorgando, seminando, lignairando, fustejando et venando. Interrogatus per quos homines vidi predicta exercere, dixit quod per Aymericos, Guillelmum Hugolini, Hugonem de Luco, Maluvernum et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod Cavuera, Silva et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus concessa in acustum ad tascam curie dandam, dixit quod concessa sunt ad acustum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis sic ad acustum concessis homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi sunt exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic excepto laborare et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit continuus vel interruptus, dixit quod continuus excepto laborare et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est in acustum alicui, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum capris, ovibus, porcis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores, vulpes, perdices et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit quod contenta in eo vidi tempore supra dicto per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter dictas posessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super quarto capitulo juramento suo dixit quod ita audivit exerceri prout continetur in eo. Interrogatus ubi sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt [possessionem]¹⁷⁴ eorum, dixit quod illa patua sunt in Cavuera, nescit tamen qui primo illa rumperunt nec qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum.

¹⁷⁴ Mot omis.

Interrogatus si per duos vel tres annos habebatur ratio ex illis per illos qui primo rumperant dicta gasta vel plus vel minus, dixit quod nescit. Interrogatus si tasca prestabatur integre curie ex dicta causa, dixit quod credit quod sic.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod ipse fuit presens quando Vincencius Desderii acaptavit a curia et dedit ut sibi videtur pro acapo solidos quindecim et alias nescit.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod credit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur, aliter nescit.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in dicto capitulo contenta sunt de territorio Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo contentas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Campis, de Artacella et de Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia, inhabitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus /¹⁷⁵ si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet dicti loci. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum et si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod L libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod XXX annorum et plus. Interrogatus quam partem vellit potius obtinere, dixit quod *cal si vueilla*.

[66] Eodem die, Bertrandus Adalbertus, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super dictis capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod LX anni anni sunt lapsi et plus quod ipse deponens vidit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in patuis et gastis territorii de Brinonia negotia sua sine banni prestatione rumpendo, lignairando, fustejando, pastorgando, venando, excolendo, seminando et glannejando. Interrogatus quos homines vidit premissa exercentes, dixit quod Raynoardum Amici, Gaufridum Amici, Aymericum veterem, Hugonem Riccardi et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cavuera, Bona Garda et Silva et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur impresenti vel fuerunt concessa per curiam ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic concessis ad acaptum usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus, per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit nescire. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum [est]¹⁷⁶ alicui per curiam in acaptum, dixit quod nescit.

¹⁷⁵ 32^e feuille.

¹⁷⁶ Mot omis.

Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus, porcis, capris, bobus, vaquis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cervi, caprioli et alia silvestra. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annonae et avenae.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit quod contenta in eo vidit prout dixit in capitulo primo. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter dictas posessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit de nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit quod non vidi contenta in capitulo ipso per aliquem acaptari.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit verum esse quod prout credit modicam pecuniam tradiderunt et quod illa de causa acaptaverunt ne quis preter ipsos intraret.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta conscientiam suam curia dampnificatur annis singulis de C sestariis bladi et ultra ratione dictorum acaptorum eo quia non excoluntur sicut prius ; dixit quod antequam essent gasta ad acustum concessa non erat annus quin curia haberet de tasca ab ipso deponente XII sestaria bladi et nunc non habet aliquid. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod Bona Garda et Cavuera. [Interrogatus]¹⁷⁷ que sunt persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni, Feraudi, Blancardi et Pascaira. Interrogatus si annis singulis potest accidere illud dampnum, dixit quod sic.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod loca in dicto capitulo contenta sunt in territorio Brinonie juxta confrontaciones in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama puplica in villa Brinonie et in castris de Campis, de Gareudo et Artacella. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod fama est quando aliquis est bonus, de aliis nescit.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod sic, Giraudo de Auriolo, quia avus ipsius deponentis et avus dicti Giraudi erant consanguinei germani. Interrogatus si odio, timore vel amore perhibet testimonium et si inde sperat habere commodum vel incommode, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod quinquaginta libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod centum annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

[67] Eodem die, Raymundus de Noulis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XXX anni lapsi sunt quod ipse vidit quod homines de Brinonia usi fuerunt rumpere, lignairare, fustejare, venari, pastorgare, excolere et seminare in gastis territorii dicti loci singulariter singuli et universaliter universi sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Amblardum, Gatinellum, Fulconem Bonaudi, Bertrandum de Riali et plures alios

¹⁷⁷ Mot omis.

de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Silva, Cauera, Bona Garda et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur dicta patua impresenti vel fuerunt concessa per curiam aliquibus in acustum ad tascam curie dandam, dixit quod aliqua sunt concessa aliquibus in¹⁷⁸ acustum. Interrogatus si in illis patuis sive gastis usi sunt homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod non. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod non vidit quod fuit interruptus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam in acustum alicui, dixit quod non ex quo sunt exculta. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum bobus, vaquis, equabus, porcis, capris et ovibus¹⁷⁹. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cervi, caprioli et lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole et siligines.

Interrogatus super III^o¹⁸⁰ capitulo juramento suo dixit se vidisse quod Guillelmus Sestaroni, olim clavarius Brinonie, dedit ad acustum aliqua gasta in Cauera Guillelmo Magnani et Bertrando Bartholomei et retinuit usum et jus universitatis hominum de Brinonia. Interrogatus si inde fuit factum instrumentum, dixit quod nescit.

Interrogatus super IV^o capitulo juramento suo dixit quod ipse vidit quod homines de Brinonia, videlicet *dan Chaorgas* intravit possessionem quarumdam rumpitarum factarum per aliquos homines de Campis et alias nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod ipse credit quod multum dampnificatur curia ratione dictorum acaptorum quia illi qui ea habent non possunt excolare ea ut dicunt.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod loca contenta in dicto capitulo sunt de territorio Brinonie juxta confrontationes in dicto capitulo designatas.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est publica fama in villa Brinonie et in castris de Campis, de Artacella et de Gareudo. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate hominum Brinonie censemur, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommode aut odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XXX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem vellit potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[68] Die X januarii, Guillelmus Magnani, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod quatraginta anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidit quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt pastorgare,

¹⁷⁸ Ces deux mots répétés.

¹⁷⁹ Toute la phrase est répétée.

¹⁸⁰ Ms. II^o; le notaire a omis le 2^e article.

lignairare, venari, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, Cavuera, Silva et fuerunt domini /¹⁸¹ nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt concessa per curiam aliquibus in acaptum ad tascam curie dandam, dixit quod concessa sunt aliqua per curiam in acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic concessis homines dicte universitatis usi sunt singulariter singuli et [universaliter]¹⁸² universi exercere predicta impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum [tempus]¹⁸³ et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines Brinonie fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus prout ipse vidit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod sic nisi excolatur. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis gastis, dixit quod cum capris, ovibus, equabus, bobus et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo vidit prout supra in primo capitulo dixit. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod eo quia ipse acaptavit interdum a Guillelmo Sestaroni, olim clavario Brinonie, quoddam gastum positum in Cavuera et dictus clavarius retinuit in dicta concessione usum et jus hominum dicte universitatis. Interrogatus si inde fuit factum instrumentum, dixit quod sic. Interrogatus quid fecit instrumentum ipsum, dixit quod Raynoardus Garnerii notarius.

Interrogatus super IIIIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit quod secundum quod conveniebant cum officialibus dabant pro acapto, tamen ut credit quod acaptabant ut possent excolere ipsa.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod nescit aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est infra territorium de Brinonia juxta confrontaciones in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super octavo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans vel de universitate hominum dicte ville censetur, dixit quod non. Interrogatus si odio, timore vel amore testificatur aut inde sperat habere commodum vel incommode, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XXX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

¹⁸¹ 33^e feuille.

¹⁸² Mot omis.

¹⁸³ Mot omis.

[69] Eodem die, Bertrandus Magnani, testis productus per dictos executores, juratus et interrogatus diligenter de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi lectis et expositis diligenter et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod triginta anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidi quod homines de Brinonia usi fuerunt in gastis et patuis territorii de Brinonia laborare, lignairare, pastorgare, fustejare et venari. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod Hugonem Berengarii, dominum Hugonem Raymbaudi et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius sunt et fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cavuera et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti dicta patua vel fuerunt concessa aliquibus in acustum, dixit quod ad acustum fuerunt concessa. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas inducitur et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare, dixit quod cum capris, porcis et vaquis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod perdices et leporis.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit verum esse quod contenta in eo vidi per modum supra dictum per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur ut audivit dici et aliter nescit.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes designatas in dicto capitulo ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est fama publica in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et [Gareudo]¹⁸⁴. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate hominum de Brinonia censetur, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod viginti libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quadraginta annorum. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod jus habentem.

[70] Eodem die, Vincencius Desderii, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi

¹⁸⁴ Mot omis.

diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod bene sunt viginti anni lapsi quod ipse vidi quod homines de Brinonia usi fuerunt exercere in omnibus patuis et gastis territorii de Brinonia negotia sua singulariter singuli et universaliter universi. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua, dixit quod illa patua sunt Bona Garda. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus in acustum concessa, dixit quod ad acustum fuerunt concessa per curiam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod [sic]¹⁸⁵, immo contradicitur eis ut audivit dici. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, equabus et bobus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores et perdices.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit sicut in primo capitulo dixit quod ea vidi per modum dictum supra per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nescire aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nescire aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio ville Brinonie juxta confrontationes designatas in eo ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est publica fama in villa et in castris de Campis, de Artacella et Gareudo. Interrogatus quid est fama publica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans vel de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dicit quod X libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod quatraginta annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[71] Die XIII^a januarii, Raymundus Andreuda, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod quatraginta anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidi quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in patuis et gastis territorii Brinonie rumpere,¹⁸⁶ lignairare, fustare, glannejare, pastorgare, venari, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod nuncium domini Bertrandi Caille. Interrogatus que sunt illa patua et cujus sunt et fuerunt, dixit quod

¹⁸⁵ Mot omis.

¹⁸⁶ 34^e feuille.

illa patua sunt Bona Garda et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt concessa aliquibus in acaptum per curiam curiam ad tascam curie dandam, dixit quod ad acaptum concessa fuerunt. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter¹⁸⁷ universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant dicti homines fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus expto laborare et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est per curiam alicui in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus et vaccis. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores et vulpes. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, silihines et avene.

Interrogatus super IIº capitulo juramento suo dixit quod premissa vidit sicut in dicto capitulo continetur¹⁸⁸ primo dixit per modum supradictum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super IIIº capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod ipse fuit presens quando Guillelmus Sestaroni, quondam clavarius de Brinonia, dedit ad acaptum Pascairenquis quoddam gastum positum in Cavyera et in concessione retinuit usum et jus hominum de Brinonia. Interrogatus si inde fuit factum instrumentum, dixit quod nescit.

Interrogatus super IIIIº capitulo juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod ipse vidit quod, quando aliquis fecerat alias rumpitas et in eis habuerat bladum, quod postea veniebant alii et intrabant possessionem et in eis seminabant. Interrogatus ubi sunt illa patua et per quas personas fuerunt erupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod illa patua sunt in Cavyera et rumperat ipsa Gaufridus Andreuda pater ipsius deponentis et postea vidit Petrus *Dosol* et intravit possessionem eorum. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum et quantum, dixit quod nescit. Interrogatus si cum aratro vel sine aratro seminavit, dixit quod cum aratro. Interrogatus si per eum qui dictas rumpitas prius fecerat habebatur ratio per duos annos vel tres vel plus vel minus, dixit quod tantum tenuerat ipsam quod inde suam habuerat rationem. Interrogatus si ex dicta causa fuit integre tradita tasca curie, dixit quod nescit.

Interrogatus super Vº capitulo juramento suo dixit quod nescit si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt, tamen illa dicta acaptaverunt ne quis preter ipsos presumeret ingredi ipsa.

Interrogatus super VIº capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super VIIº capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontaciones in dicto capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIIIº capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de omnibus per eum depositis est publica fama in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quot persone faciunt famam et quid est fama publica, dixit quod nescit.

¹⁸⁷ Mot répété.

¹⁸⁸ Mot répété.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus sed pluribus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut testificatur odio, timore vel amore, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod C solidos. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LX annorum. Interrogatus quam partem velut potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[72] Eodem die, Hugo Castellani, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod LX anni lapsi sunt vel circa quod ipse vidit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt in patuis et gastis territorii de Brinonia rumpere, lignairare, fustejare, glannejare, venari, pastorgare, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Poncium *Clement*¹⁸⁹, Gaufridum de Malamorte, Guillelmum *Carueil*, Aycardum Raymundi, Hugonem Traverserii et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cujus fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda et Cavuera et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus in acaptum concessa ad tascam curie dandam, dixit quod concessa sunt aliquibus ad acaptum. Interrogatus si in illis patuis sic ad acaptum concessis usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic excepto seminare et excolere. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acaptum, dixit quod sic. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod continuus. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum ovibus, capris, porcis, bobus et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores, cuniculi, vulpes et cervi. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, siligines et avene.

Interrogatus super II^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo vidit prout dixit supra in primo capitulo. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis vel altera earum et que est differentia inter eas, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento [suo]¹⁹⁰ dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se tantum scire super eo videlicet quod ipse vidit quod Guillelmus Bernardi et Raymundus fratres rumperant quoddam gastum apud Sarpellerias et venit Guillelmus Michael et intravit possessionem ipsius. Interrogatus quod bladum seminavit ibi et quantum, dixit quod nescit. Interrogatus si licencia alicujus officialis intervenit, dixit quod nescit. Interrogatus si poterat haberi ratio per illos qui primo rumperant per duos vel tres annos vel plus vel minus, dixit quod non. Interrogatus si ex dicta causa fuit tradita curie integraliter tasca, dixit quod nescit.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nescire si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt, dixit tamen quod illa de causa acaptaverunt ne quis preter eos intraret.

¹⁸⁹ Ms. Olnent.

¹⁹⁰ Mot omis.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod juxta concienciam suam curia de centum sestariis bladi leditur annis singulis et plus eo quia gasta non excoluntur ut prius. Interrogatus que sunt illa patua que non excoluntur, dixit quod Bona Garda. Interrogatus que pars restat ad excolendum, dixit quod plus de medietate. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Petrus Sestaroni.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum quod locus de Bona Garda est infra territorium Brinonie juxta confrontationes in ipso capitulo designatas ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur quod de depositis per eum est fama puplica in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama puplica et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans et si de universitate hominum dicte ville censemur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus hominibus de Brinonia, dixit quod non attinet producentibus¹⁹¹ sed pluribus aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LXXX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod tantum unam quantum aliam.

[73] Eodem die, Guillelmus Michaelis, de Campis, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo titulo juramento suo dixit quod L anni lapsi sunt quod ipse vidit quod homines de Brinonia singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt rumpere, lignairare, fustare, venari, pastorgare, excolere et seminare sine prestatione alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Cavuera et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur in presenti vel fuerunt aliquibus per curiam in acustum concessa ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod tradita sunt quibusdam ad acustum. [Interrogatus si in patuis sic concessis ad acustum]¹⁹² usi sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi exercere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod nescit. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii /¹⁹³ ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant homines dicte universitatis fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod nescit. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus dicitur postquam concessum est per curiam alicui in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo avere usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum porcis, ovibus et capris. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod lepores. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod non recordatur.

Interrogatus super secundo capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit quod contenta in eo vidit exerceri per tempus et modum supra dictos per eum in sua depositione facta super capitulo primo.

Interrogatus super tertio capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

¹⁹¹ Ces dix mots répétés.

¹⁹² Ces huit mots omis.

¹⁹³ 35^e feuille.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in dicto capitulo.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire nisi auditu dici aliquid de contentis in eo.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit se nichil aliud scire de contentis in eo nisi quod credit quod curia dampnificatur multum ratione dictorum acaptorum eo quia non excoluntur ut prius excolebantur.

Interrogatus super VII capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes designatas in eo ; de *Cros d'Autran* dixit nichil scire.

[74] Die XIII^a januarii, Raymundus Armanni, de Artacella, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulis per eos oblatis et primo super primo capitulo juramento suo dixit quod XXX anni lapsi sunt et plus quod ipse vidit homines de Brinonia singulariter singulos et universaliter universos qui usi fuerunt exercere negocia sua in patuis et gastis territorii de Brinonia rumpendo, lignairando, glannejando, fustejando, venando, pastorgando, excolendo et seminando sine prestationi alicujus banni. Interrogatus quos homines vidit predicta exercentes, dixit quod Petrum *Bossiga*, Pasculum, Guillelmum Arnaldi, Petrum Spinosa et plures alios de quorum [nominibus]¹⁹⁴ non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, Torum Figuerie, *Amaron* et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si possidentur in presenti vel fuerunt concessa aliquibus in acustum ad tascam ipsi curie dandam, dixit quod ad acustum sunt concessa quibusdam. Interrogatus si in illis patuis sic concessis usi sunt facere singulariter singuli et universaliter universi homines de Brinonia contenta in dicto capitulo, dixit quod [sic]¹⁹⁵, immo audivit quod Petrus Sestaroni prohibuit exercere. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod non est diu fuit interruptus. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui in acustum, dixit quod adhuc nuncupantur gasta. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in dictis patuis, dixit quod cum capris, ovibus, porcis, vaquis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes et perdices. Interrogatus quod bladum fuit ibi [seminatum]¹⁹⁶, dixit quod annone et palmole.

Interrogatus super II capitulo juramento suo dixit ut in primo capitulo dixit videlicet quod contenta in eo vidit tempore supra dicto per eum. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit quod contenta in eo non vidit sed bene audivit legi in cartulariis curie.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur. Interrogatus ubi sunt illa patua et per quas personas fuerunt rupta et qui fuerunt illi qui intraverunt possessionem eorum, dixit quod illa patua sunt in Eysardo de Aironivis et

¹⁹⁴ Mot omis.

¹⁹⁵ Mot omis.

¹⁹⁶ Mot omis.

fuerunt rupta per Petrum *Rayola* et Petrus Davidis intravit possessionem eorum. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum et quantum, dixit quod non recordatur. Interrogatus si licencia alicujus officialis intervenit, dixit quod sic. Interrogatus si ratio habebatur per illum qui primo fecerat rumpidas vel plus vel minus, dixit quod non poterat haber. Interrogatus si tasca fuit tradita ex dicta causa, dixit quod sic.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit quod nescit si modicam vel magnam pecuniam tribuerunt ; dixit tamen quod illa de causa acaptaverunt ne aliquis preter ipsos intraret ipsa.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod multum dampnificatur curia ratione quia illi qui habent ipsa ad acustum non possunt excolere ea. Interrogatus que sunt illa gasta que¹⁹⁷ non excoluntur et que pars ipsorum non excolitur, dixit quod illa patua sunt *Amaron*, Torum Figerie et Bona Garda, de quibus tercia pars non excolitur. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod Marinus *Salvaire*, Feraudi et Petrus Sestaroni.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit verum esse quod locus de Bona Garda est de territorio Brinonie juxta confrontationes designatas in eo ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit quod nescit aliquid de contentis in eo.

Interrogatus si est de Brinonia oriundus vel habitans et si censemur de universitate hominum dicte ville, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus vel aliquibus aliis de Brinonia, dixit quod non. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut si odio, timore vel amore perhibet testimonium, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod X libras vel circa. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod L annorum et plus. Interrogatus quam partem vellet potius optinere, dixit quod tantum unam quantum aliam.

[75] Eodem die, Guillelmus Aniati, de Artacella¹⁹⁸, testis productus per dictos executores, juratus et diligenter interrogatus de veritate dicenda super capitulos per eos oblatis sibi diligenter lectis et expositis et primo super primo capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod LX anni lapsi sunt quod ipse vidi quod homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi usi fuerunt exercere in patuis et gastis territorii de Brinonia, rumpere, lignairare, fustare, glannejare, pastorgare, excolere et seminare sine banni prestatione. Interrogatus quos homines vidi predicta exercentes, dixit quod Guillelmum de Gardino, Gaufridum Garnerii, Petrum de Spinosa, Petrum *Rayola*, Johannem *Laurens* et Conium et plures alios de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus que sunt illa patua et cuius fuerunt, dixit quod illa patua sunt Bona Garda, Torum Figerie, Cavuera, Eisardum de Aironivis et *Amaron* et fuerunt domini nostri regis. Interrogatus si illa patua possidentur impresenti vel fuerunt concessa aliquibus in acustum, dixit quod concessa sunt aliquibus in acustum. Interrogatus si in illis patuis sic ad acustum concessis [usi]¹⁹⁹ sunt homines dicte universitatis singulariter singuli et universaliter universi facere contenta in dicto capitulo impune, dixit quod sic expto excolere et seminare. Interrogatus quid dicitur usus et per quantum tempus inducitur et per quot personas inducitur

¹⁹⁷ Ms. dixit.

¹⁹⁸ Ms. Brinonia ; la correction s'impose car le témoin affirme n'être ni originaire, ni habitant de Brignoles et sa déposition intervient à la suite de celles de plusieurs habitants de La Celle.

¹⁹⁹ Mot omis.

et quot actus sunt necessarii ut usus acquiratur, dixit quod nescit. Interrogatus si usus quem allegant fuit hactenus continuus vel interruptus, dixit quod sic continuus expto excolere et seminare. Interrogatus si patuum dicitur seu locus gastus postquam concessum est alicui per curiam in acustum, dixit quod nescit. Interrogatus cum quo averi usi sunt pastorgare in eis, dixit quod cum ovibus, capris, vaquis, bobus, porcis et equabus. Interrogatus que animalia venabantur, dixit quod cuniculi, lepores, vulpes, cervi et cabroli. Interrogatus quod bladum fuit ibi seminatum, dixit quod annone, palmole, sicera et siligines.

Interrogatus super II^o capitulo dixit ut in primo capitulo dixerat. Interrogatus si illa possessio fuit civilis vel naturalis et que est differentia inter dictas possessiones, dixit quod nescit.

Interrogatus super III^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo.

Interrogatus super IIII^o capitulo juramento suo dixit se nichil scire.

Interrogatus super V capitulo juramento suo dixit se nichil scire de contentis in eo nisi auditu dici.

Interrogatus super VI capitulo juramento suo dixit quod bene credit quod curia dampnificatur annis singulis de centum sestariis bladi et ultra ratione dictorum acaptorum eo quia non excoluntur ut deceret. Interrogatus que sunt illa gasta que non excoluntur, dixit quod *Amaron*, *Bona Garda*, *Eisardum de Aironivis*. Interrogatus que pars ipsorum patuorum restat, dixit quod centesima pars non excolitur. Interrogatus que sunt ille persone que dampnum afferunt curie, dixit quod *Marinus²⁰⁰ Salvaire*, *Petrus de Paleriis* et *Petrus Mouton*.

Interrogatus super VII^o capitulo juramento suo dixit quod locus de *Bona Garda* est de territorio Brinonie juxta confrontaciones designatas in eo ; de *Cros d'Autran* nescit.

Interrogatus super VIII capitulo juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto capitulo continetur videlicet quod de depositis per eum est publica fama in villa Brinonie et in castris de Artacella, Campis et Gareudo. Interrogatus quid est fama et quot persone faciunt famam, dixit quod nescit.

Interrogatus si est oriundus de Brinonia vel habitans ²⁰¹ et si de universitate censetur, dixit quod non. Interrogatus si attinet producentibus cel aliquibus aliis de Brinonia attinet, dixit quod non attinet producentibus sed quibusdam aliis attinet. Interrogatus si inde sperat habere commodum vel incommodum aut odio, timore vel amore testimonium perhibet, dixit quod non. Interrogatus quantum habet in bonis, dixit quod XXX libras. Interrogatus cuius etatis est, dixit quod LXXX annorum. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[76] [De]²⁰² quibus quidem litteris supra per dictum Poncium de Castro Regali presentatis ac etiam cedula incontinenti Durandus Bersa, de Brinonia, petuit dari transcriptum ipsarum, quod fuit sibi concessum per bajulum et clavarium memoratum. Postque incontinenti predictus bajulus et clavarius precipit predicto Poncio presenti et audienti quod, si aliquod jus habere credit in predictis, fidem sibi faciat de eodem. Et incontinenti predictus Poncius ad hostendum de jure suo quod afferit in predictis produxit quoddam instrumentum publicum cuius tenor talis est :

²⁰⁰ *Ms. Martinus.*

²⁰¹ *36^e feuille.*

²⁰² *Mot omis.*

[77] Anno ab incarnatione Domini millesimo tricentesimo tercio, die sexto mensis febroarii, noverint universi presentes pariter et futuri quod Raymundus Hugonis, habitator Brinonie, ex una parte et Poncius Bernardi de Castro Regali, habitator Brinonie, convenerunt²⁰³ inter eos super quadam permutatione seu cambio de subscriptis possessionibus facienda, videlicet permutavit inquam idem Raymundus Hugo quasdam terras suas sitas in territorio Brinonie in loco vocato *lo Cros d'Autran*, que confrontatur ab une parte cum terris Raymundi de Auriaco et cum terris Petri Scoloriti et cum Colle Sancti Poncii et cum terra domini Hugonis Guiberti de Cabacia et cum terra Bertrandi Magnani quondam et cum terris *dels Clementz* et tenentur sub dominio regio ad tascam de fructibus provenientibus ex eisdem [et]²⁰⁴ ad servicium decem octo denariorum anno quolibet in festo natalis Domini ipsi curie prestandorum, que terre sunt et fuerunt apreciate per contrahentes ipsos quadraginta libras provincialium reforciatorum, cum quadam vinea predicti Poncii Bernardi sita in territorio Brinonie in loco vocato *la Colla de la Cautz* et confrontata ab una parte cum vinea Guillelmi *Joseph* et cum terris Bertrandi Salvagni et cum carreria qua itur versus Perregam, que vinea apreciata fuit per predictos contrahentes tredecim libras reforciatorum et tenetur sub dominio venerabilis viri domini Hugonis Calle, prepositi Regensis, ad servicium XVIII denariorum monete currentis annuatim solventorum in festo natalis Domini. Et cum eadem vinea dedit idem Poncius Bernardi eidem Raymundo Hugoni presenti et recipienti pro minori valencia dicte vinee et ad supplendum valorem et justum precium terrarum predictarum viginti septem libras provincialium reforciatorum, quas prefatus Raymundus Hugo confessus fuit a predicto Poncio Bernardi habuisse et integre recepisse, in quibus renunciavit exceptioni dicte pecunie sibi non numerate et non tradite ab eo insolidum non recepto tradideruntque sibi ad invicem dicti cambiatores et contrahentes unus alteri dictam possessionem suam superius confrontatam in qua dederunt unus alteri ad invicem intrandi et illius possessionem corporalem adhipiscendi nullius pretoris vel magistratus judicis vel cuiuscumque alterius licencia expectata, promittentes dictus Raymundus Hugo prefato Poncio de Castro Regali presenti et recipienti pro se er suis imposterum successoribus et econverso dictas terras superius confrontatas et cambiatas per eum pro dicta vinea ut supra salvare et defendere ab omni persona et personis ibi aliquid querentibus aut forent imposterum petite et de evictione teneri cum restitutione omnium expensarum factarum vel faciendarum proinde in curia vel extra et illis credere simplici verbo sine testibus et sacramento vel alia probatione et promiserunt sibi ad invicem judicio assistere quamquam non est vim vel alteri denunciatum. Pro quibus ad invicem obligaverunt omnia bona presentia et futura, cedens unus alteri et econverso et donans ac desamparans omnes actiones reales, personales, mixtas, utiles et directas reique persecutorias et civiles quas dictus Poncius habet in dicta vinea et dictus Raymundus Hugo in predictis terris ante presentem permutationem. Dederunt insuper predicti permutantes sibi ad invicem donatione simplici habita inter vivos totam magis valenciam quantamcumque sit vel esse poterit in futurum in terris et vinea supradictis etiam si aliquis ex predictis cambiatoribus et permutantibus deceptus esset ultra dimidium justi precii vel valoris debite alicujus ex possessionibus supradictis, computato tamen supplemento pecunie supradicte, in quibus renunciarunt ad invicem partes ipse juri dicenti donationes possunt propter ingratitudinem

²⁰³ Mot répété.

²⁰⁴ Mot omis

revocari et quod etiam donationes non valere nisi actus fuerint insinuate, constituens unus alterum ad invicem procuratorem et dominum de predictis terris²⁰⁵ et dictus Poncius de predicta vinea eundem Raymundum Hugonem juribus et pertinentiis ipsarum procuratorem et dominum ut in rem suam propriam ita quod a modo possit agere et experiri utiliter et directe exipere, replicare de calumpnia et veritate dicenda jurare et in judicio sistere, sentenciam seu sentencias interlocutorias audire et ab eis si necesse fuerit appellare et appellations prosequi et judices impetrare et demum omnia alia dicere et facere que verus dominus facere et dicere posset in rebus et proprietatibus suis et que quilibet contrahentium ipsorum dicere vel agere poterat de predicta possessione permutata per eum ante presentem permutationem. Quam quidem permutationem, donationem jurium, cessionem et omnia et singula in hoc presenti instrumento contenta promiserunt et convenerunt sibi ad invicem dicti Raymundus Hugonis et Poncius Bernardi presentes et stipulantes inter se per se et suos imposterum successores rata et grata et firma habere et tenere perpetue et omni tempore observare et contra per se seu alium seu alios non venire, affirmantes in verbo Dei et sub virtute infra ab eis prestiti juramenti se non dixisse nec fecisse ullumquam tempore per se seu aliam interpositam personam juris vel facti subtilitate seu aliqua calliditate quominus presens permutatio facta ut supra de prescriptis possessionibus in sua firmitate persistat et ita se attendere et complere et contra in aliquo non venire de jure vel de facto²⁰⁶ super sancta Dei evangelia ab eis corporaliter tactis manibus juraverunt, renunciantes partes ipse sub virtute prestiti juramenti induciis XX dierum et quatuor mensium, privilegio fori et privilegio impetrato vel impetrando et omni juri canonico et civili et ex pacto petitioni libelli instrumentique noteque translationi et omni alii juris et facti auxilio quibus posset aliquid infringere vel revocare. Ad hoc discretus vir Egidius de Monilio, clavarius et tenens locum nobilis domicelli Bermundi de Rocca bajuli ipsius ville Brinonie, certificatus de dicta permutatione facta ut supra per me notarium infrascriptum nomine curie regie et pro ea ad quam pertinet majus et directum dominium predictarum terrarum superius confrontatarum predicto Poncio Ber[n]²⁰⁷ardi laudavit et confimavit et per pollicem more solito investivit cum omnibus juribus et pertinentiis suis ad excolendum, vendendum, donandum, permundum, pignorandum et pignori obligandum et quolibet alienationis titulo alienandum exceptis sanctis, militibus et locis religiosis, salvo tamen jure et dominio ipsius curie regie in percipiendis trezenis et laudimiis interponendis quandocumque dicte terre in toto vel in parte de persona in personam alienare contingit in illis casibus tamen in quibus trezenum dari debet et salvo censu qui est decem octo denariorum in festo natalis Domini et salva etiam tasca ipsi curie de fructibus provenientibus ex terris ipsis, reservato tamen ipsi curie quod dictus Poncius teneatur vel ejus successores excolere seu laborare vel laborari facere de predictis terris anno quolibet terciam partem. Confessus fuit predictus clavarius ex inde habuisse et recepisse trezenum videlicet sexaginta unum solidos et octo denarios reforciatorum ad rationem de decem octo denariis et obolo, in quibus renunciavit dictus clavarius dictum trezenum non habitum et non receptum. Actum Brinonie in capitulo ubi regitur curia in presencia et testimonio Bertrandi de Jocis, Bertrandi de Malaucena filii Guillelmi de Malaucena, Giraudi de Luco clerici habitatoris ipsius ville Brinonie, Stephani Borjoni nuncii dicte curie testium vocatorum et rogatorum.

²⁰⁵ Mot répété.

²⁰⁶ Ces cinq mots répétés.

²⁰⁷ Lettre omise.

[78] Postque anno Domini millesimo tricesimo quarto, die vicesimo tercio mensis aprilis, venerabilis vir dominus Hugo Cailla, prepositus Regensis, certificatus per me Johannem de Torreves notarium infrascriptum de dicta permutatione seu cambio facta ut supra eidem Raymundo Hugoni presenti et recipienti, laudavit,^{/208} confirmavit et per pollicem ad faciendum suas et suorum omnimodas voluntates salvo sibi jure dicti domini et servicio supradicto videlicet XVIII denariorum monete currentis solvendorum sibi anno quolibet in festo natalis Domini. Et fuit actum inter predictos contrahentes quod quilibet habeat si habere voluerit unum instrumentum de predicta permutatione et possit dictari de consilio unius vel plurium sapientium facti substancia non mutata totiens quotiens plenam habeat roboris firmitatem. Actum Brinonie in domo domini Hugonis Caille prepositus Regensis in presencia et testimonio Albarici Vicedomini, Guillelmi Scarrassoni diaconi de Brinonia, Rostagni Boerii de Verignone et mei Johannis de Torreves de Aquis, notarii puplici in comitatibus Provincie et Forcalquerii auctoritate serenissimi domini Karoli secundi regis Jerusalem et Sicilie, qui requisitus et rogatus a prescriptis partibus hoc instrumentum publicum inde scripsi et signo meo signavi.

[79] Item ad informandum de jure suo dictum dominum bajulum idem Poncios de Castro Regali constitutus in curia obtulit in curia coram eo cedulam papiream infrascriptam cuius tenor talis est. Tenor cedulae talis est :

Infrascripte informationes pro parte Poncii de Castro Regali offeruntur ac etiam obtulit dictus Poncios ad conservationem juris curie Brinonie et ipsius Poncii super facto et possessionibus quas tenet dictus Poncios sub dominio et segnoria curie prelibate ad tascam dandam ipsi curie et certum servicium serviendum ipsi curie ; obtulit eos videlicet nobili domicello Petro Monachi, bajulo et clavario ville Brinonie, super quibus petit recipi et audiri summarie et de plano testes et probationes quos et quas intendunt probare et monstrare in questione que vertitur inter ipsum Poncium nomine suo et nomine etiam prefate curie ex una parte et universitatem et proborum ville predicte ut dicuntur vel per alias personas dicte universitatis ex altera prout in ipsis intentionibus et capitulis infrascriptis et informationibus gradatim videbitur contineri.

In primis dicit dictus Poncios et hostendit dicto bajulo et clavario supradicto quod curia regia ville predicte consuevit terras gasticas cultas et incultas et patua dare ad acustum seu in emphiteosim prout milites et probi homines ville predicte possessiones et terras suas francas consueverunt in emphiteosim seu acustum retroactis temporibus dare, approbare acustum predictum hominibus seu personis recipientibus acustum predictum.

Item dicit et hostendit dictus Poncios dicto domino bajulo et clavario quod persone emphiteote consueverunt mediante curia predicta defendere possessiones que tenentur sub dominio curie predicte licet habeant possessiones in acustum vel ex venditione teneant possessiones sub dominio curie et etiam bannejare et curia ipsa consueta est seu firmarii et emptores bannorum ipsius curie recipere banna statuta per ipsam curiam in villa Brinonie a personis frangentibus bannum sive banna in terris seu gastis et patuis ipsis et in bladis, leguminibus, defendutis et interclusis et arboribus contentis in eis, videlicet in quercoribus,

²⁰⁸ 37^e feuille.

illicibus sive euses, in piris et aliis arboribus similibus, et dicti homines tenentes possessiones ipsas talas fractas in eisdem recipere in²⁰⁹ consueverunt prout ordinatum est etiam per ipsam curiam in dicta villa a centum annis, L, XL, XXX, XX, X et V annis et a tanto tempore citra quod memoria hominis in contrarium non existit et prout milites, probi ville Brinonie et religiosi consueverunt dare in acaptum easque defendere possessiones suas et facere bannejari per curiam supradictam et recipere bannum fractum in eisdem curia ipsa consuevit et dicti milites, probi et religiosi etiam consueverunt recipere talas fractas in possessionibus suis prout statuta sunt per curiam supradictam et prout in curia regia Brinonie etiam consuevit bannejare possessiones suas et recipere bannum et talas fractas, fractum et fracta in eisdem et quia sic statutum est per curiam memoratam.

Super quibus informationibus petiti recipi testes suos quorum nomina inferius describuntur.

[80] Anno quo supra, die XVIII^o octobris, Hugo Feraudi, testis productus per dictum Poncium, juratus et interrogatus in presencia Giraudi de Auriolo, qui in premissis nomine universitatis Brinonie facit partem, de veritate dicenda super intentionibus per eundem Poncium oblatis et primo super prima intentione sibi diligenter lecta et exposita dixit juramento suo ita esse verum ut in dicto titulo seu intentione [continetur]²¹⁰. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quod inde videt et audivit, dixit quod ipse videt et audivit quod dominus Guillelmus Vivaudi, qui olim fuit bajulus ville Brinonie regius, et Giraudus de Auriolo, qui tunc erat clavarius ibidem, sibi deponenti quasdam terras cultas et quoddam gastum ad acaptum dederunt positum in territorio Brinonie versus Cavueram et multi alii sunt qui possedunt terras et gasta et dicunt quod a curia habuerunt in acaptum. Interrogatus quid est emphiteosis seu acaptum, dixit quod nescit aliter nisi quod, quando curia concedit aliquid alicui, ipse cui conceditur possidet et efficitur dominus salvo jure domini nostri regis et usu quem milites et probi homines de Brinonia habent in gastis aliis terris que per curiam dantur ad acaptum. Interrogatus de numero annorum, dixit quod circa XII anni lapsi sunt vel circa quod ipse acaptavit terras supradictas et gasta.

Interrogatus super II^a intentione sibi diligenter lecta et exposita juramento suo dixit se nichil aliud visi quod interdum quoddam avere minutum ipsius deponentis intraverat quandam defendutam Simonis Sestaroni quam habebat idem Symon in quodam acapto seu terra a curia acaptata in tantum quod dictus Symon fecit ipsum pignorari et inde exolvit bannum et talam ipse deponens, dicens etiam quod ipse et alii qui acaptum habent in dictis gastis consueverunt facere juxta jas eorum ubi fenum ponebant defendutas, excepto hoc anno quod aliqui eorum audacia depascerunt cum suo averi eas. Interrogatus si est doctus, instructus vel subornatus aut sibi est datum aliquid promissum vel remissum pro testimonio ferendo, dixit quod non. Interrogatus si sperat commodum vel incommodum habere, dixit quod si ex una parte reciperet commodum quod ab alia reciperet incommodum, quare tantum placet sibi quod non defendatur quam si defenderetur. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere in causa, dixit quod jus habentem.

²⁰⁹ Ce mot aurait du être barré.

²¹⁰ Mot omis.

[81] Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, die XVIII^o octobris, Petrus Benedicti, testis productus per dictum Poncium in presencia dicti Giraudi et interrogatus post de veritate dicenda super intentionibus per eum oblatis et primo super prima intentione sibi diligenter lecta et exposita juramento suo dixit se nichil aliud scire nisi quod a X annis citra Bermundus de Rocca, bajulus ibidem curie Brinonie, pro dicta curia dedit ad acaptum Marino de Amarone alias terras cultas et incultas et etiam aliquod²¹¹ gastum et ipsi deponenti et illud idem dedit alias terras gasteras et cultas ad acaptum et audavit quod plures alii bajuli pluribus aliis personis ville Brinonie ad acaptum dederunt terras gasteras et incultas.

Interrogatus super secunda intentione juramento suo dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit vel audavit, dixit quod ipse vidit interdum quod aliquod avere ovinum et caprinum suum intrare[t]²¹² in quandam defendutam Symonis Sestaroni quam sub dominio curie tenet, ob quam rem exolvit bannum et emendavit talam ; dixit etiam quod boves Pascaire et Mascarati intraverunt quandam possessionem ipsius deponentis et solverunt bannum et ipse deponens habuit inde talam. Interrogatus si est doctus, instructus vel subornatus pro testimonio ferendo, dixit quod non. Interrogatus si commodum esset sibi quod defenderentur defendute et terre que²¹³ tenentur sub dominio regie curie, dixit quod quandoque habent utilitatem, quandoque non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod non plus unam quam aliam.

[82] Eodem die, Raymundus de Giniaco, testis productus per dictum Poncium, interrogatus diligenter super intentionibus per eum oblatis prestito prius per eum in presencia Giraudi de Auriolo predicti ad sancta Dei evangelia juramento super prima intentione sibi lecta et exposita diligenter dixit se nichil aliud scire nisi quod, quando conceditur vel concessum fuit per officiales curie aliquod gastum vel terra aliqua alicui persone ad acaptum, quod illas res conceduntur per dictos officiales salvo jure et usu quod et quem habent homines universitatis Brinonie in eis et aliud dixit se nescire.

Item super secunda intentione sibi diligenter lecta et exposita juramento suo dixit tantum scire quod, quando in possessionibus que sub dominio regio tenentur committitur per aliquod avere in loco tamen in quo fit bladum vel legumen, quod tunc solvitur per avere illud bannum et emendatur tala dampnum passo, tamen cum abcinduntur arbores quascumque solvitur bannum curie /²¹⁴ tantum et aliqua tala non esmendatur et aliud nescit.

[83] Eodem die, Petrus Sestaroni, testis productus per dictum Poncium, super intentionibus per eum oblatis diligenter interrogatus de veritate dicenda prestito prius in presencia dicti Giraudi juramento et primo requisitus super prima intentione sibi diligenter perfecta dixit suo juramento se audivisse et per longum tempus quod curia Brinonie seu officiales ejus terras gasteras, patua et alia culta et inculta ad acaptum dedit et consuevit dare. Interrogatus de numero annorum, dixit quod de X annis, XX, XXX et plus. Interrogatus de personis constituentibus et accipientibus, dixit de personis constituentibus domino Raymundo Gassoli, quandam bajulo Brinonie, et domino Raymundo Raolini, bajulo quandam ibidem, et domino

²¹¹ Ms. alii quod.

²¹² Lettre omise.

²¹³ Ms. quod.

²¹⁴ 38^e feuille.

Raynaldo de Curte Loco et pluribus aliis ; de personis accipientibus dixit quod Feraudi, de Artacella, et Raymundus *Dieude*, de Brinonia quondam, et Raymundus Dalphini et pluribus aliis.

Interrogatus super II intentione juramento suo, dixit ita esse verum ut in dicta intentione continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ipse deponens nomine curie regie diu tenuit banna dicte ville et habuit ab Isnardo de Brinonia quia avere suum intravit defendutas et interclusas Poncii predicti producentis bannum et a Clementibus et quibusdam aliis illud idem et a Roqueriis de Forcalquierio pro eadem causa illud idem. Interrogatus qualiter curia seu officiales defendere consueverunt dictas possessiones et qua de causa et qua ratione, dixit quod ita consueverunt defendere dicti officiales curie dictas possessiones que sub dominio curie regie tenentur et modo simili sicuti milites, probi homines et religiosi consueverunt defendere suas possessiones et ita curiales ut supra dixit ; pro qua causa et de qua causa dixit quod quando committebatur bannum per aliquod avere dicti officiales volebant quod solveretur bannum et emendaretur tala quia possessiones que sub dominio regie curie tenentur non debent esse deterioris conditionis possessionum aliarum que sub dominio aliorum tenentur. Interrogatus de tempore, dixit quod circa tres anni lapsi sunt quod ipse recepit nomine curie banna predicta et ante defendebatur ut dixit supra. Interrogatus si ipse habebat alias possessiones in dictis locis et terris gastis quas teneat sub dominio curie, dixit quod sic. Interrogatus si testificatur odio, timore vel amore, prece vel precio et si est instructus, doctus vel subornatus aut commodum vel incommodum sperat habere et si facit partem in dicta questione aut attinet producenti, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[84] Die XXI octobris, Pascaria, testis productus per dictum Poncium, juratus et diligenter [interrogatus]²¹⁵ de veritate dicenda super intentionibus per eum oblatis et primo super prima intentione sibi diligenter lecta et exposita juramentoque prestito per eum in presencia dicti Giraudi dixit suo juramento se tantum scire videlicet quod curia regia Brinonie consuevit dare ad acustum terras gasta cultas et incultas et patua volentibus recipere eas, nescit tamen si sunt milites et probi homines quia nescit qua forma milites et probi homines suas possessiones concedant ; sed ipsi²¹⁶ qui loquitur curia regia seu ejus officiales scilicet dominus Raynaldus de Corto Loco concessit ad acustum alias terras gasta, patua, terras cultas et incultas. Interrogatus quod est acustum, dixit quod terre, quercores et alie arbores si que sunt. Interrogatus de numero annorum et tempore et de personis constituentibus et accipientibus, dixit quod de numero annorum quod bene sunt XX anni lapsi vel circa, de tempore dixit quod tempore messium fuit quando dicte res fuerunt sibi ad acustum concesse ; de personis constituentibus et accipientibus dixit ut supra.

Interrogatus super II^a intentione sibi diligenter exposita et perfecta juramento suo dixit quod a XXX annis citra vidit quod tam ipse quam alii homines terras in acustum consueverunt a curia juxta eorum jus facere defendutas et interclaus et eas et blada sua defenderunt et si committeretur bannum, quod aliquod avere intraret in eis, querebatur ipse et alii qui similes possessiones habent curie vel firmarii bannorum et inde solvebatur bannum per illud avere qui

²¹⁵ Mot omis.

²¹⁶ Ms. ipse.

committebat et ipsis dominis eorum emendabatur tala, dicens etiam quod arbores existentes in dictis possessionibus sunt usi domini possessionum defendere extraneis personis. Interrogatus de quibus terris fuit datum bannum, dixit quod de quodam interclauso ipsius deponentis quod fecerat in quadam stipula cuiusdam terre posite in Cavuera [quam]²¹⁷ sub dominio regio tenet aliqui porci Guillelmi Mognierii²¹⁸ intraverunt et inde solutum fuit bannum Raymundo de Giniaco circa tres anni sunt lapsi qui nunc²¹⁹ erat firmarius dictorum bannorum et ipse habuit inde talam et etiam oves quorumdem Gavotorum in quadam defenduta ipsius deponentis ibidem posita intraverunt et inde dictus Raymundus de Giniaco habuit bannum et ipse deponens talam. Interrogatus de loco et presentibus, dixit quod in domo Raymundi Cogordiani, de Campis, de presentibus dixit quod non recordatur. Interrogatus si est doctus, instructus vel subornatus et si prece vel precio testificatur, dixit quod non. Interrogatus si inde commodum vel incommodum sperat habere, dixit quod commodum haberet si terre gaste et alie que sub dominio curie tenentur defenderentur quia partem suam habet. Interrogatus quam partem in causa vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[85] Eodem die, Guillelmus *Magnan*, testis productus per dictum Poncium, juramento per ipsum prestito in presencia dicti dicti Giraudi, requisitus et interrogatus de veritate dicenda super intentionibus per eum oblatis et primo super prima intentione juramento suo dicit ita esse verum ut in dicto titulo continetur. Interrogatus quomodo scit, dixit quod visu et auditu. Interrogatus quid inde vidit, dixit quod ipse vidi duodecim anni lapsi sunt vel circa quod Guillelmus de Sestarono, vicebajulus curie Brinonie, tunc dedit ad acaptum Raymundo Mascarati quandam quandam terram gastam positam loco dicto Bidossam et Durando Bartholomei et fratribus suis illud idem quandam aliam terram gastam positam apud Torum *Remesin* et Stephano Guiberti illud idem versus Cavueram dedit ad acaptum alias terras gasta versus Cavueram et predicta omnia fuerunt una et eadem die in domo dicti Guillelmi Sestaroni et Raynoardus Garnerii fecit instrumentum. Interrogatus quid est acaptum, dixit quod ipse et alii dicunt quod id quod dictus Guillelmus Sestaroni eis dedit ad acaptum. Interrogatus super secunda intentione juramento suo dixit se tantum scire videlicet quod bene sunt quinque anni lapsi quod aliquid avere quorumdam Gavotorum intravit interdum quandam defendutam ipsius deponentis ab quam rem exolverunt ipsi Gavoti bannum Hugoni Mathoni /²²⁰ tunc firmario bannorum et ipse deponens habuit inde XVIII denarios pro tala de arboribus ; tamen non vidi aliquo tempore quod solveretur tala seu bannum solvebatur quando quis abscindebat ipsas arbores. Interrogatus si est doctus, instructus vel subornatus et si testificatur prece vel precio aut est sibi datum aliquid promissum vel remissum pro testimonio ferendo aut inde sperat habere commodum vel incommodum, dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet potius obtinere, dixit quod jus habentem.

[86] Item produxit dictus Poncius ad hostendendum de jure suo et corroborandum intentionem suam produxit quedam publica instrumenta et documenta quorum tenores infra describuntur :

²¹⁷ Mot omis.

²¹⁸ Ms. Mognierii.

²¹⁹ Ms. non.

²²⁰ 39^e feuille.

Anno Domini millesimo tricentesimo secundo, die vicesimo quarto decembris, noverint universi pariter et futuri quod Petrus Sestaroni junior, habitator Brinonie, constitutus in presencia nobilium et discretorum virorum dominorum Johannis Rodulfi, judicis Brinonie, et Bermundi de Rocca, domicelli, bajuli ibidem, obtulit et presentavit eisdem dominis quandam litteram clausam sigillatam ex parte viri magnifici et potentis domini Riccardi de Gambatesa, militis, Provincie et Forcalquerii senescalli, tenoris et continentie subsequentis :

Riccardus de Gambatesa, miles, regius magister hostiarius ac comitatuum Provincie et Forcalquerii senescallus, .. bajulo et judici Brinonie salutem et amorem sincerum. Supplicationem oblatam domino Petro Gumberti, procuratori et advocate regio in comitatibus ipsis, pro parte Petri Sestaroni junioris de Brinonia vobis mittimus presentibus interclusam, mandantes vobis quatinus supplicationem ipsam contra consuetum et debitum non permittatis turbari aut molestari in aliquo super contentis in supplicatione ipsa per ejus vicinos aut quosvis alios castrorum circumstantium possessionibus Petri de Sistarico prelibati. Datum Aquis, die XXI decembris prime indictionis.

Magne sapientie et nobilitatis viro domino Petro Gumberti, procuratore regio, significatur supplicando pro parte Petri de Sistarico juniore de Brinonia dicentis quod, cum ipse nuper emerat quasdam terras in territorio Brinonie sitas ubi dicitur Cavuera contiguas in quibus sunt plures arbores sicut sunt pinus et quercus, que sub dominio curie regie ad pactum tasce fructuum bladorum inde exeuntium et etiam trium solidorum censualium annis singulis prestandorum tenetur, quam emptionem regia curia eidem Petro emptori confirmavit, laudavit et investivit inde suum trezenum ut moris est percipiendo, et homines aliqui Brinonie, castri de Gareudo et de Campis et de Artacella in magnum dampnum et jacturam ipsius Petri ac curie regie injuriam et lesionem venerunt et veniant sepissime ad dictum locum seu terras predictas ubi ipse Petrus habet domum et agriculturam suam ad scindendum ibidem dictas arbores lignairando ibi et fustejando et hoc contra jus, usum et consuetudinem diutissime obtentam supra regie curie, subjungentes homines ipsi quantum in eis est dictas terras que²²¹ sub dominio dicte curie ut dictum est tenentur in deteriore conditionem quam sint alie terre in eodem territorio site que tenentur pro aliquibus militibus Brinonie et etiam pro aliquibus religiosis, priore scilicet Arcelle et preceptoribus hospitalium domorum ditiores et potentiores, qui omnes defendunt dictas suas terras viriliter et arbores de omni lignairagio et fustairagio ab omnibus personis. Requirit itaque benignitatem et legalitatem dicti domini regii procuratoris quatinus dignetur per suas patentes litteras .. judici Brinonie, .. bajulo et .. clavario ibidem intimare ut terras dicti supplicantis et arbores debeant juxta formam usitatam seu usum defendere et defendi facere ab hominibus talia facientibus in bladis, arboribus terrarum predictarum et sicut officiales dicte curie Brinonie lapsis temporibus defendere et bannejare constituerunt terras ibidem sitas que sub dominio curie regie habentur et tenentur et sic quod super premissis dictum supplicantem non oporteat ad ipsum dominum procuratorem recurrere iterato.

Et dictus dominus judex et bajulus responderunt quod parati sunt defendere dictum Petrum et dictas possessiones²²² suas juxta tenorem dictarum litterarum et tenore ipsarum et supplicatione et responsione dictorum dominorum officialium prefatus petit sibi fieri

²²¹ Ms. quem.

²²² Ces neuf mots répétés.

publicum instrumentum. Actum et lectum regio capitulo Brinonie in presencia et testimonio Johannis Jordani, pellicerii de Brinonia, fratris Raymundi Constancii, preceptoris hospitalis pauperum in villa Brinonie, Edini Rodulfi de Cuneo clerici, testium vocatorum et rogatorum et mei Johannis de Torreves de Aquis, notarii publici in comitatibus Provincie et Forcalquerii, qui requisitus et rogatus hoc instrumentum publicum inde scripsi et signo meo signavi.

[87] Anno Domini millesimo tricentesimo quarto, die sexto decimo febroarii, discretus vir dominus Petrus de Bordellis, clavarius Brinonie ac ibidem domini Francisci de Tabia judicis Brinonie locumtenens, precepit et injunxit Symoni Valentino, Raymundo Pellegrini et Raymundo Andreude, hominibus de Campis presentibus et audientibus, quatinus sub pena quinquaginta solidorum non tangant nec faciant aliquid in quadam furno calcis facto per eos in terra Gardiole posita in acapo Petri Sistaroni quoisque cognitum sit per curiam Brinonie quid fuerit rationis et cujus ipsorum vel Petri intererit. Ego Petrus Peiratoni, vicenotarius in dicta curia hoc scripsi et signo curie signavi.

[88] Anno Domini millesimo tricentesimo quarto, die decimo septimo febroarii, curia Brinonie injunxit Gaufrido Montanargo, de Vallo, habitatori Brinonie, presenti et confitenti, ut infra decem dies proximos det et solvat Petro Sestaroni juniori de Brinonia presenti et requirenti duos solidos et sex denarios reforciatorum quos sibi debere confitebatur ex emenda cuiusdam tale facte per dictum Gaufridum ut asserit in quadam ilice posita apud Bonam Gardam loco quem dictus Petrus asserit esse suum et duos denarios pro termino. Et ego Raymundus Scarrassonus, notarius, vicenotarius curie, scripsi et signavi signo curie.

[89] Anno Domini millesimo tricentesimo quinto, die tercia decima aprilis, noverint universi presentes pariter et futuri quod constitutus Petrus Sestaroni junior, de Brinonia, ante presentiam nobilium et discretorum virorum Bermundi de Rocca, bajuli Brinonie, et domini Francisci de Tabia judicis ibidem et presentavit eisdem ex parte viri magnifici et potentis domini Riccardi de Gambatesa militis regii magistri hostiarii ac comitatum Provincie et Forcalquerii senescalli :

[Riccardus de Gambatesa, miles, regius magister hostiarius ac comitatum Provincie et Forcalquerii senescallus]²²³ .. judici Brinonie salutem et amorem sincerum. Supplicavit nobis humiliter Petrus Sestaroni de Brinonia ut, cum ipse quoddam nemus habeat infra pertinentias dicti loci sub dominio regio et nonnulli accedentes ad illud arbores incident et alia dampna inferunt in eodem neque bannum et dampnum emmendare [volunt]²²⁴ asserentes se esse pauperes et plures²²⁵ alii qui filii familiares esse noscuntur dampna in illo inferunt nec eorum patres pro illis bannum solvere velint et sic remanent impuniti in supplicantis ipsius non modicum detrimentum, deberemus sibi de oportuno remedio providere. Quare volumus et mandamus quatinus illos qui dampnum inferunt in predicto nemore ad solvendum banna ordinata propterea et emmendantum dampna illata juxta solitum compellatis et si solvere

²²³ Ces 13 mots omis.

²²⁴ Mot omis.

²²⁵ Ces deux mots répétés.

nequerint ipsos per modum alium taliter puniatis quod dampnum auferre hujusmodi de cetero non presumant. Datum Aquis die ultimo marci /²²⁶ tercie indictionis.

Qui dicti domini bajulus et judex responderunt visa dicta littera et lecta cum reverencia exequi prescriptum mandatum dicti domini senescalli. De quibus omnibus²²⁷ et singulis supradictis tam de presentatione et tenore dicte littere quam responsione dictorum dominorum bajuli et judicis petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum et lectum in palacio regio Brinonie in presencia et testimonio Giraudi de Luco clerici, Petri de Torreves clerici, Fulconis Aymerici junioris, Michaelis Rufi de Brinonia, testium vocatorum et rogatorum et mei Johannis de Torreves de Aquis, notarii puplici in comitatibus Provincie et Forcalquerii, qui requisitus et rogatus hoc instrumentum publicum inde scripsi et signo meo signavi.

[90] Anno Domini millesimo tricentesimo quinto, die decimo madii, noverint universi presentes pariter et futuri quod constitutus Petrus Sestaroni junior, de Brinonia, in regia curia Brinonie ante presenciam nobilis domicelli Bermundi de Rocca, bajuli Brinonie et domini Francisci de Tabia judicis ibidem locumtenentis, supplicavit eidem quod, cum quedam preconizatio facta fuerit de mandato ipsius bajuli tangentem ipsum Petrum Sestaroni seu acustum suum per Guillelmum Sestaroni ejus patrem emptum per ipsum Petrum a dicto patre ejus, ipsam preconizationem sibi tradi et redigi faciat in formam publicam. Qui dictus dominus bajulus admissa supplicatione dicti Petri Sestaroni precepit mihi Johanni de Torreves, notario infrascripto quod dictam preconizationem sibi in publicam formam redigam, asserens idem dominus bajulus se dictam preconizationem fecisse fieri ad requisitionem nonnullarum personarum de Brinonia pro eo quia ipse persone et multe alie de Brinonia ipsum acustum ignorabant defensum fore et ad hoc ut quilibet se caveret intrare infra ipsum acustum, idcirco fecit fieri preconizationem predictam. Ego siquidem notarius juxta prescriptum mandatum predicti domini bajuli et vicejudicis actenus mihi factum dictam preconizationem prout jacet in cartulario curie in hoc publico instrumento redegit et transcripsi ut ecce : Quod nulla persona intret in Cavueram nec ibi cindat nec avere immitat tantum quantum durat acustum Guillelmi Sestaroni seu tenet sub pena banni statuti. De quibus omnibus supradictis dictus Petrus Sestaroni petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum de dicto precepto in capitulo regie curie Brinonie in presencia et testimonio domini Berardi Aymerici, jurisperiti, Raymundi Scarrassoni, Petri Mataroni notariorum habitatorum Brinonie, testium vocatorum et rogatorum et mei Johannis de Torreves de Aquis notarii publici in comitatibus Provincie et Forcalquerii qui rogatus et requisitus et de mandato quo supra hoc instrumentum inde scripsi et signo meo signavi.

[91] In nomine Domini amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo tricentesimo sexto, mensis²²⁸ die VIII^o quarte indictionis, per hoc instrumentum publicum universis pateat tam presentibus quam futuris quod in presencia et testimonio testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum et mei notarii infrascripti in curia regia Brinonie, regnante serenissimo principe domino Karolo, Dei gracia rege Jerusalem et Sicilie illustri comiteque comitatum Provincie et Forcalquerii, Petrus Sestaroni junior, de Brinonia, junior presentavit

²²⁶ 40^e feuille.

²²⁷ Mot répété.

²²⁸ Le nom du mois manque.

[et]²²⁹ exhibuit et in ejus presencia legi fecit per me notarium infrascriptum nobili viro domino Guillelmo Fulconis, judici Brinonie in eadem curia pro tribunal sedenti, quandam patentem litteram illustris domini Roberti, primogeniti illustris Jerusalem et Sicilie regis ducisque Calabrie ac ejus in regno Sicilie et comitatibus supradictis vicarii generalis, ejusdem domini ducis magno sigillo solito sigillatam ex parte dicti domini ducis tenoris et continencie subsequentis :

Robertus, illustris Jerusalem et Sicilie regis primogenitus, dux Calabrie et in toto ejus regno ac comitatum Provincie et Forcalquerii vicarius generalis, .. judici Brinonie dilecto et devoto suo salutem et dilectionem sinceram. Petrus Sestaroni juvenis, de Brinonia, humiliter supplicando exposuit coram nobis quod, cum ipse quasdam terras cum quodam bosco seu nemore eis contiguo in quo arbores sunt quamplures habeat et possideat in territorio dicti loci de Brinonia loco vocato Bona Garda ut dicit sub dominio et segnoria videlicet curie regie ad certum servicium quod servitur annuatim in festo natalis Domini in quibusquidem terris, quandocumque illas vendi vel transportari contingit curia ibi recipit laudium et trezenum, quidam de Brinonia ausu suo temerario multas arbores in eodem nemore nulla ratione prima incident usque ad quingentas in numero, idem nemus in parte devastantes, quod in ejus exponentis cedit dampnum, gravamen, prejudicium et jacturam. Quo circa postulavit humiliter ut inquisitionem factam per vos diligenter ut convenit super eo de tali et incisione arborum et devastatione nemoris predictorum per illos qui predicta commisisse noscuntur juxta consuetudinem inter milites et religiosos seu alios dominos dicti loci sub quorum dominio et segnoria tenentur possessiones in loco eodem ab hactenus in talibus observatam dicto exponenti satisfactionem condignam fieri faciamus. Ejus itaque in hac parte supplicationibus annuentes vestre devotioni presentium tenore mandamus si alias super hiis per curiam ipsam non extitit inquisitum de predictis diligentissime inquiratis et veritate inde reperta ut petitur per eundem summarie et de plano et absque strepitu et figura judicii satisfactionem debitam et condignam eidem fieri faciatis malefactores punientes nichilominus prout justicia suadebit, ita quod supplicantem ipsum non oporteat iterato super hiis ad alium habere recursum. Datum Aquis XXV aprilis III^e indictionis anno Domini millesimo trigesimo sexto.

Et dictus dominus judex respondit et paratum se offert reverenter et cum reverencia contenta in predictis illustris domini ducis litteris exequi et debite executioni complere prout dicto domino judici per eundem dominum ducem precepitur et mandatur. De quibus omnibus supradictis universis et singulis et infrascriptis dictus Petrus Sestaroni petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in loco predicto, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis domino Petro Berardo de Brinonia jurisperito, Petro Peiratono, de Brinonia notario, et Raymundo Guillelmi de Brinonia notario et ego Olivarius Augerii, publicus notarius in comitatibus supradictis ab illustrissimo domino Karolo rege secundo Jerusalem et Sicilie, hanc cartam scripsi et signo meo et solito signavi.

[92] In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo trigesimo octavo, scilicet die nono madii, notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Guillelmus de Campis confiteor et in veritate solenniter recognosco me debere tibi Petro Sestaroni de Brinonia et tuis quatuor solidos provincialium reforciatorum videlicet duos

²²⁹ Mot omis.

solidos et sex denarios pro tala facta pro filiis meis seu familia mea et quia abcid[er]²³⁰unt ramma in rovis seu quercoribus tui dicti Petri Sestaroni in loco vocato Bona Garda et decem octo denarios monete predicte pro expensis factis per te in recuperando talam predictam, quos quatuor solidos monete predicte promito tibi Petro Sestaroni in pace persolvere sub obligatione omnium bonorum meorum presentium et futurorum in pecunia numerata et non in bonis extimatis hinc ad proximum [festum]²³¹ Beate Marie medii augusti cum omnibus dampnis, expensis et int[er]²³²esse quas et que te aut tuos in curia vel extra sustinere oporteret in quibus promitto tibi et tuis credere solo me simplici verbo et ita me attendere ut supradictum est ad sancta Dei evangelia sponte juro, renuncians ex pacto sub virtute prestiti juramenti omni juri, rationi et legi quibus contra predicta venire possem /²³³ vel aliquid de premissis infringere vel revocare. Actum Aquis, in domo regia salmarum ubi curia primarum appellationum regitur et jus redditur, presentibus testibus domino Jordano de Jocis, jurisperito, magistro Bartholomeo de Franca Villa, notario curie primarum appellationum, Peregrino de Ganazo notario de Aquis et me Johannes de Sancto Marco, domini Karoli secundi, Dei gracia Jerusalem et Sicilie [regis]²³⁴ in comitatibus Provincie et Forcalquerii notario publico ac dicti domini primarum appellationum judicis, qui rogatus hanc cartam publicam inde scripsi et signum meum apposui.

[93] Anno Domini millesimo tricentesimo octavo, die XVII^o mensis januarii, notum sit cunctis presentibus et futuris quod littera infrascripta fuit presentata in curia regia Brinonie discreto viro Guillelmo Tassili, clavario dicte curie, per Petrum Sestaroni, de Brinonia, ex parte nobilis et potentis viri domini Petri Gumberti, militis, regii procuratoris, cuius tenor talis est :

Petrus Gumberti, miles, regis procurator, Guillelmo Tassili clavario Brinonie salutem quam sibi. Conquestus est nobis Petrus Sestaroni, de Brinonia, quod, cum ipse teneat quasdam possessiones a domino nostro rege pro quibus prestat tascam et certum censem annuatim, in quibus possessionibus nituntur nonnulli homines de Brinonia ligna accipere et alia usatica in prejudicium terre supplicantis ipsius, cum curia sit in possessione pacifica bannum exigendi a quibuscumque personis in dictis possessionibus bannum committentibus intersitque nostri officii ratione dictum Petrum et curiam in sua quasi possessione defendere et tueri, volumus et vos requirimus ut ex parte nostra requiratis judicem Brinonie quod non debeat aliquod impedimentum prestare curie quominus utatur sua quasi possessione exigendo bannum a committentibus ipsum in possessionibus jamdictis presertim cum causa sit fiscalis, qua ipse non potest cognoscere cum ipsius cognitio pertineat ad dominum senescallum et majorem judicem comitatuum Provincie et Forcalquerii juxta constitutionem super hoc editam per sacram regiam majestatem, ad quorum cognitionem dictus judex debeat partes remittere si qua intendunt petere a curia. Scripta manu mea propria Aquis die hujus mensis XVII^o decembris. Qui dictus clavarius paratum se offert in omnibus hobedire mandatum dicti domini procuratoris et requisivit incontinenti discretum virum dominum Raymbaudum Tavernerium,

²³⁰ Tilde omis.

²³¹ Mot omis.

²³²Tilde omis.

²³³ 41^e feuille.

²³⁴ Mot omis.

judicem Brinonie, ne impedit nec pertu[r]²³⁵bet exactionem banni a delinquentibus et quod delinquentes vel partem facientes remittat ad dominum procuratorem et Forcalquerii senescallum vel ad dominum primarum appellationum judicem juxta littere prescripte continenciam et tenorem. De qua quidem presentatione et responsione predicte littere dictus Petrus Sestaroni petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum in curia regia Brinonie ubi jus redditur in presencia et testimonio discretorum virorum magistri Raymundi Scarrassoni notarii, Johannis Catelli et Isnardi Miracle, testium vocatorum et rogatorum et mei Guitardi Guitardi, notarii publici constituti a domino Karolo secundo Dei gracia Jerusalem et Sicilie rege qui rogatus hanc cartam scripsi et signo meo signavi ut patet.

[94] Anno Domini millesimo tricentesimo quinto decimo, die vicesimo septimo augusti, comparuit Giraudus de Auriolo, sind[ic]²³⁶us ut dicit universitatis hominum ville Brinonie, nomine suo proprio et sindicario nomine universitatis predicte coram viro nobili domino Petro Audeberti, milite, regio thesaurario et vicesenescallo comitatuum Provincie et Forcalquerii, et presentavit eidem, presente domino Gaufrido Berengarii²³⁷, juris civilis professore, regio procuratore et advocato, quoddam cartularium sigillato sigillo curie Brinonie quod petiit aperiri et diem assignari ad senteciam audiendam super predictis. Ex adverso comparuit Poncius Bernardi de Castro Regali, habitator sicut dicit Brinonie, coram dicto domino senescalli locumtenente et prius quam ad alia procedatur petiit sibi fidem fieri de potestate dicti Giraudi si quam habere se dicit, protestatur de expensis quas ponit²³⁸ in L solidis salva domini vicesenescalli taxatione. Et dictus Giraudus dixit et petiit sibi fidem fieri per dictum Poncium ejusmodi potestatem defendendi territorium Brinonie, protestatur de expensis quas ponit in centum solidis. Et dictus dominus vicesenescallos continuavit diem ipsis partibus diem veneris proximam.

Qua die supra continuata, coram dicto domino vicesenescalli comparuit dictus Giraudus nominibus quibus supra ; ex adverso comparuit dictus Poncius coram dicto domino vicesenescallo et dictus dominus vicesenescallos continuavit diem ipsis partibus diem lune proximam. Ad quam diem supra continuatam comparuit dictus Giraudus nominibus quibus supra coram predicto domino vicesenescallo et obtulit cedulam infrascriptam cuius tenor per omnia talis est ut ecce. Ad quam diem supra continuatam coram dicto domino vicesenescallo comparuit dictus Giraudus nominibus quibus supra, presentibus circumspecto viro domino Gaufrido Berengarii, juris civilis professore, vice regio procuratore et advocato, et Poncio prefato, exhibuit iterato processum factum per curiam Brinonie ad instanciam universitatis hominum dicti loci Brinonie mandato viri egregii domini Riccardi de Macze, juris civilis professoris, comitatuum Provincie et Forcalquerii judicis majoris et vicesenescalli, quem petiit legi et publicari et de tenore ipsius petiit sibi fieri publicum instrumentum.

Comparuit etiam dictus Poncius Bernardi coram predictis domino vicesenescallo et domino Johanne Cabassole, milite, majore judice comitatuum predictorum, dicens et requirens si dictus Giraudus nomine quo supra et universitatis Brinonie proponere²³⁹ seu requirere voluerit

²³⁵ Lettre omise.

²³⁶ Lettres omises.

²³⁷ Nom répété.

²³⁸ Ces deux mots répétés.

²³⁹ Mot répété.

in prejudicium dicti Poncii quod ante omnia ut processus habitus coram [ipsis]²⁴⁰ valeat fidem faciat de potestate sua si quam habet prout alias supra extitit postulatum, alioquin rem consentit immo penitus contradicit requisitioni et postulationi facte per dictum Giraudum, protestans nichilominus de expensis factis per dictum Poncium occasione temere vexationis quas ponit in centum solidis salva taxatione dictorum dominorum in quibus petiit sibi dictum Giraudum condemnari. Et dictus dominus viceregius procurator coram predictis dominis dixit, proposuit et petiit ut supra dictum et propositum est per Poncium supradictum, hoc adjecto quod publicationi dicti cartularii non assentit immo in quantum potest contradictit nisi si et in quantum contenta in dicto cartulario pro jure dicte regie curie facerent et non ultra. Et dictus Giraudus predictus non obstantibus per partem adversam propositis dixit, petiit et requisivit ut supra. Et dicti domini vicesenescallos et judex major continuarunt diem usque in crastinum videlicet in mane.

[95] Anno quo supra, die quarto septembris, coram predictis domino vicesenescallo et majore judice comparuit dictus Poncius, petiit et dixit ut supra. Comparuit etiam dictus Giraudus nominibus quibus [supra]²⁴¹ coram predictis dominis vicesenescallo et judice majore petens et requirens ut supra alias petierat videlicet processum supra alias per ipsum presentatum publicari et de tenore instrumenti fieri ad eternam rei memoriam. Comparuit etiam coram dictis dominis vicesenescallo et majore judice dictus dominus viceregius procurator et dixit et proposuit quod, cum alias esset contentio inter universitatem Brinonie ex una parte et quosdam homines et singulares persone ipsius universitatis et querimonia per utramque partem fuisset exposita coram nobili et circumspecto viro domino Riccardo Macze, tunc temporis comitatuum predictorum majore et primarum appellationum judice, parte dicte universitatis coram eadem alle²⁴²gante et dicente quod curia regia Brinonie dampnificabatur si patua dicti loci data in emphiteosim per curiales regios dicti loci defenderentur et defendantur, dictis autem hominibus contrarium asserentibus, propter quod dictus dominus Riccardus Macza officialibus regiis Brinonie suas litteras destinavit continentes quod de predictis dicti curiales diligenter inquirerent veritatem et se plene de ipsis informarentur, qua informatione facta et habita per eosdem eam sibi seu suo successori sub sigillo curie destinarent. Unde cum cartularium quoddam sub sigillo dicte curie pro parte dicte universitatis sit presentatum et ad ejus instanciam apertum, dictus dominus viceregius procurator pro parte curie regie, [ordinavit]²⁴³ quod dictum cartularium per dictos dominos examinetur et prout ex ejus tenore major utilitas curie apprehendetur petit per dictos dominos super predictis de oportuno remedio provideri. Et dicti domini vicesenescallos et judex major requisiverunt partes predictas competentes coram eis si volunt aliqua proponere ultra predicta exhibentes se paratos easdem in eorum juribus visisque propositionibus et defentionibus admittere et audire alioquin si nichil aliud proponatur ad decisionem presentis negocii prout rite processum invenerint vacabunt in quantum legitime poterunt et ad decisionem competentem terminum assignabunt. Et dictus Poncius cum citatus fuerit ad instanciam dicti Giraudi coram dictis dominis vicesenescallo et majori judice petiit ante omnia sibi offerri

²⁴⁰ Mot omis.

²⁴¹ Mot omis.

²⁴² 42^e feuille.

²⁴³ Mot omis.

libellum si aliquid ab ipso petere voluerit alioquin cum temere vocatus fuerit ad judicium protestatur de expensis occasione hujus temerarie vexationis quas ponit in centum solidis reforciatorum salva taxatione dictorum dominorum in quibus petit ipsum condempnari. Et predicti domini vicesenescallus et judex major, videntes quod per partes ipsas alia non proponuntur, assignaverunt terminum ad declarandum, difiniendum et terminandum decimam diem proximi mensis octobris et locum ubicumque fuerimus in dictis comitatibus, precipientes dicto Giraudo quod de potestate si quam habet intermedio fidem fecerit et eodem intermedio cautelas et instrumenta si quas habent producant et allegent verbo vel in scriptis prout elegerint copiam omnium actorum si et in quantum habere voluerint concedentes. Et incontinenti dictus Poncii in presencia dictorum dominorum et partis adverse constituit apud acta procurationis Petrum Sestaroni procuratorem prout melius dici vel intelligi poterit et sub bonorum suorum omnium presentium et futurorum obligatione et sub omni renunciatione et cautela.

[96] Ad quam diem supra assignatam coram dicto domino vicesenescallo comparuit dictus Giraudus et ad faciendum fidem de potestate sua produxit quoddam instrumentum scriptum manu Jacobi Malisanguinis, notarii publici, cuius tenor per omnia talis est :

In nomine Domini nostri amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo trigesimo undecimo, die septimo mensis novembbris, notum sit cunctis presentibus et futuris quod, cum pro evidenti utilitate rei publice et subjectorum domini nostri regis ad requisitionis instanciam nonnullorum hominum de Brinonia mandato et assensu discreptorum virorum domini Ancelmi de Nentis, judicis Brinonie, et Raymundi Hugonis, locumtenentis nobilis domicelli Petri Monachi ibidem bajuli, nocte preterita Guillelmus Mataronus preco publicus ville Brinonie voce preconia cum tubeta per villam Brinonie me subscripto notario audiente publice divulgasset quod omnis homo cujuscumque status esset ab etate XIIIII annorum supra hodierna die hora in exitu primis misse veniret ad parlamentum infra palacium regium faciendum ad audiendum et ordinandum aliqua in honorem domini nostri regis et utilitatem ipsorum sub pena V solidorum pro quolibet prout predicta omnia sunt veraciter manifesta, hinc est quod hora predicta hominibus dicte ville quorum nomina inferius sunt scripta infra palacium regium Brinonie in parlamento publico more solito voce preconia cum pace et tranquillitate non modica congregatis ante personam predictorum domini bajuli et judicis in eodem palacio sedentium more majorum de comuni concordia et voluntate sine quavis discrepancia et contradictione subscripta omnia universa et singula prout describuntur inferius omnibus consentientibus palam et publice de conscientia et voluntate predictorum domini judicis et vicebajuli ordinarunt.

Et primo nobilis et militares persone que in dicto parlamento fuerunt a[u]²⁴⁴ctoritate et assensu predictorum domini judicis et vicebajuli et probis hominibus dicte ville duos extimators elegerunt comunes et creaverunt videlicet Bertrandum Iterii et Achardum Achardi. Et subsequenter mutua vice populares persone in ipso parlamento congregate auctoritate predicta duos alios creaverunt et ordinaverunt extimators de nobilibus et militaribus ipsis, videlicet Bertrandum de Vicinis et Laugerium *Gros* domicellos.

²⁴⁴ Lettre omise.

Item, quia multa occurunt in villa ipsa et territorio ejus quibus quandoque faciliter non potest remedium adhiberi, voluerunt prefati omnes congregati tam nobiles persone quam etiam populares vicissim unanimes et concordes vicisem auctoritate predicta quod ad omnes lites, questiones et controversias quas quecumque persone movent, moverunt seu in futurum movere possent contra homines dicte ville vel libertates et franquesias, usum atque consuetudinem ipsorum quacumque occasione, ratione seu causa defendendum et petendum, exigendum et recuperandum omnia et singula que per quascumque personas quacumque causa ocupata sunt seu fuerunt vel possent per quempiam ocupari de juribus, libertatibus, usibus et consuetudinibus universitatis ipsius ad defendendum jura et exigendum ipsa super questione quam movit Poncii Bernardi de Castro Regali adversus universitatem de Brinonia necnon ad reficiendum pontes, camina, passus et alia necessaria et ad aptandum fontes et alia necessaria facienda que possent in honorem regium et in utilitatem ipsorum decencius redundari, duo ordinarentur procuratores, exactores, defensores et executores [qui]²⁴⁵ plenariam potestatem habeant faciendi, petendi, exigendi, defendendi et exequendi nomine ipsius universitatis et ipsorum congregatorum omnia et singula suprascripta, nominantes, ordinantes et constituentes auctoritate predicta pro bonis et sufficientibus Guillelmum Giraudi domicellum et Giraudum de Auriolo dicti loci presentes ad predicta omnia facienda, petenda, defendenda, exigenda et exequenda, dantes et concedentes prefati congregati et eorum quilibet plenam et liberam potestatem, plenum et largum posse predictis Guillelmo et Giraudo presentibus et sponte recipientibus et eorum utriusque quod ipsi Guillelmus et Giraudus et eorum uterque mixtim vel separatim possint et valeant nomine ipsorum congregatorum et universitatis dicte ville et pro eis in judicio quocumque sistere et coram quibuscumque judicibus ecclesiasticis vel secularibus, ordinariis vel extraordinariis, litem et lites intemptare, denunciare, judicium recusare, libellum seu libellos offerre, petere et recipere, contestare de calumpnia, jurare, sentencias interlocutorias et difinitivas audire et appellare et appellationem causas prosequi et jura et libertates ipsius ville petere, exigere, defendere et exequi contra quoscumque inquietantes ipsos congregatos vel alterum eorum aut universitatem predictam, pontes facere et reficere, fontes, camina et passus reparari facere sive aptari et demum hinc generaliter omnia alia dicere, facere, exigere, defendere et exequi que per ipsos congregatos aut universitatem ipsius /²⁴⁶ loci fieri, peti, exigi, defendi et exequi possent si omnes presentes personaliter interessent ac si totus populus ipsius ville esset presencialiter congregatus. Et quia premissa omnia suprascripta fieri nequerent cum contingunt absque onere expensarum, voluerunt omnes congregati et licenciam plenariam contulerunt prefatis Guillelmo et Giraudo exactoribus, petitoribus, defensoribus et executoribus suis presentibus quod ipsi pro premissis omnibus faciendis possint et valeant talliam unam vel plures facere vel pecuniam mutuo suscipere, vocatis ad se et aduentis subscriptis personis quarum consilio pecuniam suscipiant mutuo vel tallias hujusmodi faciant cum necesse fuerit ec etiam oportunum, videlicet domino Bertrando Oliverii, domino Johanne *Marques* militibus, Isnardo de Brinonia domicello, Petro Aymerici, Petro de Castro Novo, Raymundo de Bastita, Hugone Pauli, Guillelmo Ayglesuni, Guillelmo Bersa, Guillelmo Altana, Raymundo de Giniaco, de quibus omnibus suprascriptis faciendis, petendis, exigendis, ordinandis, defendendis et exequendis executores, exactores,

²⁴⁵ Mot omis.

²⁴⁶ 43^e feuille.

defensores prefati omnes congregati promiserunt ipsos et eorum utrumque servare indemnes. Ipsique Guillelmus et Giraudus exactores, defensores et executores predicta omnia in se sponte suscipientes promiserunt ipsa omnia fideliter et diligenter peragere, exigere, defendere et exequi suis totis viribus atque posse.

Quibus omnibus sic peractis, prefati dominus judex et vicebajulus, induentes ipsos omnes congregatos ac etiam executores, defensores et exacto[re]²⁴⁷s predictos in nullo esse dissonos sed in comuni concurrere velle ac etiam voluntatem voluntati totaliter suffragari, ut premissa omnia plenam firmitatem obtineant in quantum ipsos tangit ac ipsorum interest suum a[u]²⁴⁸ctoritatem et assensum prestarunt.

Nomina vero illorum qui in dicto parlamento fuerunt et premissa omnia voluerunt sunt hec videlicet :

Guillelmus de Malaucena, G[uillelmus] Bersa, Raymundus Ayglesuni, Martin Peletti, Guillelmus Boison, Poncius de Embreduno, Isnardus Baols, Hugo Lombardi, Petrus de Massilia, Fulco Beguini, Petrus Bonetti, Jacobus Chaberti, Petrus de Clumanco, Petrus Castellani, Isnardus Doulueis, Martinus Palomar, Bertrandus Rocca, Petrus Massis, Raymundus Barban, Petrus Duranni, Hugo Torcati, Aycardus Peleti, Isnardus Arnaudi, Hugo Aniat, Guillelmus Mercaderius, Petrus Bosserii, Hugo Castellani, Guillelmus Petri, Gaufridus Rostagni, Johannes Caremantran, Guillelmus Boerii, Marinus Gaynaudi, Michael Rufi, Salvarius Peletti, Raymundus Rei, dan Verdayna, Bertrandus Laura, Raymundus Sestaroni, Bertrandus Raynaudi, Raymundus Johannis, Petrus Mataroni, Guillelmus Isnardi, Poncius Doulueis, Hugo de Sancto Martino, Johannes Curti, Raymundus de Brinonia, Jacobus Matoni, Bertrandus de Massilia, Guillelmus de Meuna, Hugo Caremantran, Guillelmus Apothecarius, Isnardus de Luco, Salvator Monnerius, Stephanus Bovis, Johannes de Massilia, Bertrandus Giraudi, Hugo Lauterius, Petrus Ayglesuni, Petrus de Peirolis, Isnardus Gatinelli, Johannes Ventoni, Stephanus Respaudi, Guillelmus Ayglesuni, Petrus Amelii, Raymundus de Vicinis, Guillelmus de Bastida, Andreas Porquerii, Guillelmus Girardi, Isnardus Peletti, Raymundus Boneti, Petrus de Auriolo, Guillelmus Garriga, Petrus Vitalis, Guillelmus Guitardi, P[etrus] Stephani, Hugo Stibliera, Raymundus Mola, Johannes Balqueria, Hugo Pignoli, Petrus Scarrassoni, Giraudus Andreas, Romeus de Castelletto, Gaufridus Peleti, Guillelmus Andreas, Bertrandus Boneti, Johannes Pignoli, Johannes Blancardi, Bertrandus Rasola, Bertrandus Cuisardi, Petrus Amalrici, Guillelmus Andreas, Durandus Giraudi, Guillelmus Castellani, Stephanus Grossi, Hugo Ferroni, Raymundus Giraudi, Raymundus Scarrassonus notarius, Isnardus Salvarius, Guillelmus Baptizati, Raynaudus Garnerii notarius, Hugo Martini, Petrus Michaelis, Bertrandus Peironetti, Guillelmus Moutoni, Guillelmus de Areis, Guillelmus Poncii, Bertrandus Ropini, Guillelmus Bonaudi, Raymundus Emerici, Guillelmus Massis, Johannes Miracula senior, Petrus de Puteo, Hugo Barbani, Johannes Columbi, Guillelmus de Signa, dominus Johannes Marques miles, Guillelmus Failloli, Raymundus Moutoni, Guillelmus Armanni, Petrus Mataroni notarius, Petrus Castueil, Guillelmus Filioli, Petrus Bonetti de Cotiniaco, Hugo Nicolai, Guillelmus Jordani, Salvarius Lombardi, Johannes Ademar, Guillelmus Montanea, Guillelmus Blanqui, P. Boneti sabbaterius, Raymundus Coe, Guillelmus Gaufridi, Bartholomeus Bollega, Hugo Gay, Martinus Regordoni, Hugo de

²⁴⁷ Lettres omises.

²⁴⁸ Lettre omise.

Rometa, Raymundus Bonardi, Johannes Broquerii, Bertrandus Yterius, Johannes Bartholomei, Petrus B[o]²⁴⁹erii.

Et de predictis omnibus prenominati omnes requisiverunt instrumentum publicum omnes fieri per me notarium infrascriptum. Actum Brinonie infra palacium regium, testibus presentibus Guillelmo Matarono, Poncio Marcelli, Durando Terrorio, Poncio Hermelina de *Blieus*, Guillelmo Mirabelli et pluribus aliis et me Jacobo Malsanguinis notario publico per excellenciam regiam Jerusalem et Sicilie clare memorie constituto qui ad requisitionem omnium supranominatorum et mandato dicti domini judicis hanc cartam scripsi et signo meo et solito signavi.

[97] Item produxit quedam instrumenta quarum tenores infra per ordinem describuntur, petens visis instrumentis cognitionem ipsius domini vicesenescalli nomine dicte universitatis super jure quod habere se dicit in patuis territorii Brinonie. Ex adverso comparuit dictus Poncius petens super premissis cognitionem domini vicesenescalli predicti. Tenores vero dictorum instrumentorum sunt hec :

In nomine Domini amen. Anno incarnationis ejusdem M^o CCXLVIII, sexto kalendas marci, notum sit presentibus et futuris, cum cuilibet quod suum est justicia mediante tribuere debemus, ego Guillelmus Bardine, judex domine comitis Provincie, de mandato ejusdem inquisitor specialiter datus super juribus ejusdem domine et prioris domus Arcelle et hominibus²⁵⁰ Arcelle et de Campis que quilibet in afari seu tenemento quod appellatur Cavuera pertinere noscuntur, per ea que vidi et cognovi, qua²⁵¹ inquisitione facta et receptis hinc inde testibus tam de Brinonia quam Arcelle et de Campis productis per Bernardum de Stella, priorem dicte domus, et Garsiam, bajulum in Brinonia pro dicta domina comitissa, hac publicatis, viso diligenter facto, habito consilio plurium sapientium, cognosco quod et taliter termino quod, cum dicta Cavuera hominibus Brinonie circa sua necessaria ut in colligendis lignis et trabibus faciendis et ratibus, pascuis, glandibus colligendis et aliis explechis abandonatur seu permittitur ita et hominibus Arcelle et de Campis supradicta et similia concedatur et cum bajulus domine comitis tempore glandium colligendarum bannum in dicta Cavuera posuerit et eum defenderit hominibus Brinonie vel alio tempore secundum quod justum et ei expediens videbatur, predictis Arcelle et de Campis hominibus defensa videatur et intelligatur ita quod et in concessione et defensione communiter homines Arcelle et de Campis et de Brinonia intelligentur. Actum est hoc in curia domine comitis Provincie scilicet infra palacium coram domino Dignensi episcopo, Hugone /²⁵² de *Marcols* archidiacono ejusdem, F[ulcone] de Podio Riccardo, Artaudo, Hugone Cailla, Hugone de Brinonia militibus, P[etro] de Verderia monaco Massilie et pluribus bonis viris, que cognitio fuit recitata presente Hugone de Vicinis notario, cui dominus judex mandavit quod presente dicto P[etro] monaco et Garsia bajulo quod inde cartam faceret. Actum in domo Petri de Bromeses quondam, presentibus talibus Hugonis Riccardi, Aymerici, Jacobi notarii, Garsie bajuli, Bernardi, Johannis Datili et mei Hugonis de Vicinis notarii quondam domini

²⁴⁹ Lettre omise.

²⁵⁰ Ces deux mots répétés.

²⁵¹ Ms. que.

²⁵² 44^e feuille.

Raymundi Berengarii illustris comitis et marchionis Provincie et Forcalquerii qui predictis omnibus interfui et rogatu utriusque partis hanc cartam scripsi et hoc meum signum feci.

[98] Anno incarnationis Domini M^o CCCVIII^o, die prima aprilis, noverint universi quod Raymundus de Bastida, tenens locum nobilis domicelli Berengarii de Baiolis bajuli Brinonie nomine domini nostri regis et ejus curie, volens et intendens conditionem curie facere meliorem sciensque cercioratus quod de subscripto loco nullum curie commodum ferebatur bona fide dedit ad acustum perpetuum sive in emphiteosim perpetuam et nomine dicti acapti seu emphiteosis tradidit et concessit seu quasi Petro Lesderio de Campis, presenti, recipienti et acaptanti pro se et Guillelmo Lesderio de Campis, presenti et recipienti, et suorum quoddam patuum terre gaste cum curtis, grangiis ac jassis in ipso patuo positis, quod patuum positum est in Cavuera in loco appellato *las Blacas* et confrontatur ab una parte cum acapo Vincencii Lesderii et ab alia parte cum terra Isnardi Magnani exitu in medio et cum camino quo itur Areas et cum camino alio quo itur ad Sanctum Martinum, salvo tamen jure ac usu hominum ville Brinonie et aliarum personarum prout usque nunc usi fuerunt, pro quo acapo Guillelmus Tassilus, clavarius Brinonie, confessus fuit se habuisse a dicto Petro solvente decem solidos reforciatorum, renuncians exceptioni non numerate et non tradite sibi pecunie, acapti non soluti et sibi non traditi, quod quidem acustum dicti patui et ipsum patuum cum curtis, grangiis et jassis predictus vicebajulus promisit dicto Petro stipulanti nomine quo supra sibi et suis salvare et defendere in judicio et extra ab omni persona ibi aliquid petente seu petitura aliqua occasione, ratione sive causa et de omni evictione et expensis teneri sub obligatione bonorum curie supradicte, renuncians omni juri et rationi ad contraveniendum, promittens se non dixisse nec fecisse nec dicet neque faciet quominus dictum acustum perpetue in sua permaneat firmitate, concedendo nomine quo supra dicto Petro ut supra recipienti ut dictum acustum insolidum vel in parte possit dare, vendere, permutare seu aliter alienare cui et quibus personis voluerit exceptis illis prohibitis a jure, salvo jure dicte curie in trezeno et servicio annuali quod est duodecim denariorum et tasca consueta solidorum dictorum XII denariorum anno quolibet in vigilia natalis Domini. Actum Brinonie in foro, in presencia et testimonio Fulconis Christofori notarii, Bertrandi Pairolierii, Petri Sestaroni, testium vocatorum et rogatorum, et mei Raymundi Scarrassoni, notarii publici domini Karoli quondam bone memorie serenissimi regis Jerusalem et Sicilie et comitis Provincie et Forcalquerii constituti, qui ad requisitionem dicti acaptantis hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

[99] Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, die decima decembbris, noverint universi quod Giraudus de Auriolo, de Brinonia, mercator, actor, executor et defensor territoriorum ville Brinonie ac aliorum jurium universitatis predicte ville unacum Guillelmo Giraudi, domicello de Brinonia, ut asserit dictus Giraudus, nomine suo et nomine personarum dicte universitatis interrogavit Beatricem Blanchardam et Johannem Gatti, habitatores territorii Brinonie, presentes²⁵³ et audientes, si ipsi intendunt seu volunt acpta sive terras gastas per ipsos sive per eorum parentes acaptatas a curia regia Brinonie seu ejus officialibus, sitas et sita in territorio Brinonie versus Cavueram, defendere personis dicte universitatis dicte ville

²⁵³ mot répété.

Brinonie. Qui quidem Beatrix et Johannes dixerunt et responderunt in presencia et testimonio mei Petri Cabrerii notarii infrascripti et testium infrascriptorum quod non nisi tantum modo blada et legumina que nunc sunt seminata vel que pro tempore fuerint, quia dicta universitas seu persone dicte universitatis habent usum in acaptis seu terris gastis per predictos Beatricem et Johannem vel per eorum parentes ut supra acaptatis, qui usus dixerunt predicti Beatrix et Johannes quod est lignairandi, fustejandi, glannejandi, venandi et cum eorum averibus pascendi, dicentes et confitentes predicti Beatrix et Johannes quod in eorum instrumentis acapti predicti terrarum gastarum predictarum fuit retentum et datum in acaptum per dictam curiam seu per ejus officiales salvo usu quem habet dicta universitas seu persone dicte universitatis in acapo et terris predictis. De quibus omnibus et singulis supradictis dictus Giraudus nomine quo supra petiit sibi fieri publicum instrumentum per me Petrum Cabrerii notarium infrascriptum. Actum Brinonie in operatorio mei Petri Cabrerii, notarii publici infrascripti, in presencia et testimonio Petri Benedicti, Petri de Tretis, habitatoris Brinonie, testium vocatorum et rogatorum, et mei Petri Cabrerii, notarii publici ab illustrissimo domino Karolo secundo Dei gracia regi Jerusalem et Sicilie comite Provincie et Forcalquerii constituti, qui mandato et rogatu hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

[100] Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, die vicesima decembris, noverint universi quod Giraudus de Auriolo, mercator de Brinonia, actor et executor ac defensor territorialium ville Brinonie ac aliorum jurium personarum universitatis dicte ville una cum Guillelmo Giraudi, domicello de Brinonia, ut asserit dictus Giraudus, nomine suo et nomine personarum dicte universitatis interrogavit Petrum Moutoni de Brinonia, presentem et audientem, si ipse intendit seu vult acaptum sive terras gasta per ipsum Petrum a curia regia Brinonie seu ejus officialibus acaptatas, situm et sitas in territorio Brinonie versus Collam Sancti Mesardi, defendere personis dicte universitatis dicte ville Brinonie. Qui quidem Petrus Moutoni dixit et respondit in presencia mei Petri Cabrerii notarii infrascripti et testium infrascriptorum dicto Giraudo quod non nisi tantummodo blada et legumina que nunc sunt ibi seminata vel que pro tempore fuerint, quia dicta universitas seu persone dicte universitatis habent usum in dicto acapo seu terris gastis per dictum Petrum ut supra acaptatis, qui usus dixit dictus Petrus quod est fustejandi, lignairandi, glanejandi, venandi et cum eorum averibus pascendi, dicens et confitens dictus Petrus Moutoni quod in instrumento suo acapti terrarum gastarum predictarum fuit retentum et datum in acaptum per dictam curiam seu per ejus officiales dicto Petro Moutoni salvo usus quem habent persone universitatis dicte ville Brinonie in acapo et terris predictis. De quibus omnibus et singulis supradictis dictus Giraudus nomine quo supra petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in operatorio mei Petri Cabrerii notarii infrascripti, in presencia et testimonio Petri et Hugonis Selloni fratrum de Campis, testium vocatorum et rogatorum, et mei Petri Cabrerii, notarii publici ab illustrissimo domino Karolo secundo Dei gracia rege /²⁵⁴ Jerusalem et Sicile comite Provincie et Forcalquerii constituti, qui mandato et rogatu hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

²⁵⁴ 45^e feuille.

[101] Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, die vicesima nona decembris, noverint universi quod Petrus Benedicti, de Sancto Martino de Paleria, habitator Brinonie, confessus fuit Giraudo de Auriolo de Brinonia, mercatori, executori et defensori territoriorum ville Brinonie ac aliorum jurium universitatis personarum ville Brinonie ut asserit dictus Giraudus, presenti, stipulanti et recipienti nomine suo et nomine universitatis personarum dicte ville Brinonie, ad interrogationem dicti Giraudi quod omnes persone dicte universitatis ville Brinonie habent usum in acapo seu in terris gastis sito et sitis in territorio Brinonie versus Blacos Fontis *d'An Andrieu* acaptatis per ipsum Petrum a curia regia Brinonie seu officialibus lignairandi, fustejandi, venandi, glannejandi et cum eorum averibus pascendi et quod eisdem personis dicte universitatis ville Brinonie non vult nec intendit predictus Petrus dictum acaptum seu terras gastas predictas in aliquo defendere nisi tantummodo blada et legumina que nunc sunt vel que pro tempore fuerint in acapo et terris predictis, dicens et confitens predictus Petrus quod in instrumento acapti predicti terrarum gastarum predictarum fuit retentum et datum dicto Petro per dictam curiam seu per ejus officiales salvo usu quem habent persone dicte universitatis in acapo et terris predictis. De quibus omnibus et singulis supradictis dictus Giraudus nomine quo supra petiit sibi fieri publicum instrumentum per me Petrum Cabrerii notarium infrascriptum. Actum Brinonie in operatorio mei Petri Cabrerii notarii infrascripti, in presencia et testimonio Hugonis de Sancto Martino domicelli, Petri de Massilia mercerii de Brinonia, testium vocatorum et rogatorum, et mei Petri Cabrerii, notarii publici ab illustrissimo domino Karolo secundo Dei gracia rege Jerusalem et Sicilie comite Provincie et Forcalquerii constituti, qui mandato [et]²⁵⁵ rogatu hanc cartam scripsi et signo meo et solito signavi.

[102] Anno Domini millesimo tricentesimo quinto decimo, die septimo septembris, noverint universi presentes pariter et futuri quod Guillelmus Rufi de Brinonia confessus fuit ad interrogationem Giraudi de Auriolo de Brinonia in mei notarii presencia et testium infrascriptorum tenere et possidere ad acaptum sibi datum per curiam seu officiales domini nostri regis in gastis ipsius domini nostri regis in territorio Brinonie aliquas terras loco vocato Cavuera, quas terras ad acaptum tenere vult et intendit eo modo et non aliter quod concessum fuit sibi per curiam supradictam scilicet salvo jure universitatis hominum ville Brinonie tam in pascendo, lignairando, fustejando ac etiam glannejando quam aliis negotiis faciendis, dicens etiam quod non intendit propter suum acaptum a dicta curia sibi concessum prejudicare constumam antiquam sive usum antiquum seu disturbare hominibus seu universitati predicte quod et quantum habuit in acapo predicto. De quibus omnibus et singulis supradictis petiit dictus Giraudus quo supra nomine et nomine dicte universitatis sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in foro regio, in presencia et testimonio magistri Johannis Jordani notarii et Guillelmi Guitardi, testium vocatorum et rogatorum, et mei Raynoardi Garnerii, notarii publici illustrissimi domini Karoli regis primi bone memorie quondam Jerusalem et Sicilie Provincie et Forcalquerii comitis, qui rogatus et requisitus hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

²⁵⁵ Mot omis.

[103] In nomine Domini amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo tricentesimo quinto decimo, die VII^o septembris, neverint universi presentes pariter et futuri quod Johannes Bartholomei de Campis confessus fuit ad interrogationem Giraudi de Auriolo in mei notarii presencia et testium infrascriptorum tenere et possidere ad acustum sibi datum per curiam domini nostri regis in gastis ipsius domini nostri regis in territorio Brinonie aliquas terras sive acustum [quas]²⁵⁶ tenere vult et intendit eo modo quod sibi concessum fuit per curiam supradictam, scilicet salvo jure universitatis hominum ville Brinonie tam in pascendo, lignairando, fustejando ac etiam glannejando quam aliis negociis faciendis, dicens etiam quod non intendit propter suum acustum a dicta curia sibi concessum prejudicare costumam antiquam sive usum antiquum disturbare seu contradicere hominibus ville Brinonie costumam antiquam sive usum antiquum quod et quam habent in acapo superius memorato. De quibus omnibus supradictis dictus Giraudus nomine suo et dicte universitatis petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in foro regio, in presencia et testimonio Bertrandi Rocce et Johannis Laurencii, testium vocatorum et rogatorum, et mei Raynoardi Garnerii, notarii publici illustrissimi domini Karoli regis primi bone memorie quondam Jerusalem et Sicilie Provincie et Forcalquerii comitis, qui rogatus et requisitus hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

[104] In nomine Domini amen. Anno ab incarnatione ejusdem M^o CCCXV, die VII septembris, neverint universi presentes pariter et futuri quod Guillelmus Magnani, de Campis, habitator Brinonie, confessus fuit ad interrogationem Giraudi de Auriolo, de Brinonia, in mei notarii presencia et testium infrascriptorum tenere et possidere ad acustum sibi datum per curiam seu officiales domini nostri regis in gastis domini nostri regis in territorio Brinonie aliquas terras loco vocato Cavuera, quas terras sive acustum tenere vult et intendit eo modo et non aliter quod concessum fuit sibi per curiam supradictam scilicet salvo jure universitatis hominum ville Brinonie tam in pascendo, lignairando, fustejando ac etiam glannejando quam aliis negociis faciendis, dicens etiam quod non intendit propter suum acustum a dicta curia sibi concessum prejudicare nec disturbare costumam antiquam sive usum antiquum hominibus seu universitati predicte quod et quam habent in acapo predicto. De quibus omnibus supradictis petiit dictus Giraudus suo nomine et nomine dicte universitatis sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in foro regio, in presencia et testimonio Johannis Bartholomei et Johannis Laurencii, testium vocatorum et rogatorum, et mei Raynoardi Garnerii, notarii publici illustrissimi domini Karoli regis primi bone memorie quondam Jerusalem et Sicilie Provincie et Forcalquerii comitis, qui rogatus et requisitus hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

[105] In nomine Domini amen. Anno ab incarnatione ejusdem M^o CCCXV, die VIII septembris, neverint universi presentes et futuri quod Petrus Castellani, de Campis, confessus fuit ad interrogationem Giraudi de Auriolo, de Brinonia, in mei notarii presencia et testium infrascriptorum tenere et possidere ad acustum sibi datum per curiam seu officiales domini nostri regis in territorio Brinonie aliquas terras loco vocato Cavuera, quas terras sive acustum tenere vult et intendit eo modo et non aliter quod concessum fuit sibi per curiam supradictam

²⁵⁶ Mot omis.

scilicet salvo jure universitatis hominum ville Brinonie tam in pascendo, lignairando, fustejando ac etiam glannejando quam aliis negotiis faciendis, dicens etiam quod non intendit propter suum acaptum a dicta curia sibi concessum prejudicare nec disturbare costumam antiquam sive usum antiquum hominibus seu universitati predicte quod et quam habent in acapo predicto. De quibus omnibus supradictis petiit dictus Giraudus suo nomine et nomine dicte universitatis sibi fieri publicum instrumentum. Actum Brinonie in operatorio Johannis Catelli, in presencia et testimonio Johannis Bartholomei, Petri Aymerici et Jacobi Raynaudi, testium vocatorum et rogatorum, et mei Raynoardi Garnerii, notarii puplici illustrissimi domini Karoli regis primi bone memorie quondam Jerusalem et Sicilie Provincie et Forcalquerique comitis, qui rogatus et requisitus hanc cartam scripsi et signo /²⁵⁷ meo signavi.

[106] Tandem nos prefatus vicesenescallus, visis attestationibus utriusque partis, visis etiam propositionibus hinc inde factis et productionibus instrumentorum predictorum et continencia et tenore eorum, considerantes quod prefata questio extitit diutius ventilata et plures et varii termini ad audiendum sentenciam assignavi ac die que est dies sexta decima octobris que fuerat super predictas per nos vicesenescallum prefatis partibus assignata ipsis partibus presentibus et nostram cognitionem ferri postulantibus super predictis, ita dicimus, cognoscimus et pronunciamus sacrosanctis evangelii prepositis coram nobis, ad neutram partium declinentes sed Deum et justiciam intuentes et lancem equo libramine appendentes, videlicet per ea que in processu predicto vidimus aprobata fuerunt pro parte universitatis predicte et pro parte dicti Poncii liquide appareat quod dictum gastum superius designatum eatenus quatenus cultivatum est et in eo fructus naturales seu industriales persistunt sicut sunt blada, legumina et arbores fructifere in eo sunt posse defendi et non ultra quam cultivatum est et fructus in eo non sunt. Eapropter per hanc nostram sentenciam declaramus dictum gastum quatenus cultivatum est et fructus in eo sunt posse defendi, illud vero quod cultivatum non est de dicto gasto non posse defendi, sed in eo volumus et per hanc nostram sentenciam declaramus ipsam universitatem habere jus utendi, fruendi, lignairandi, pategandi, glannejandi, fustejandi, venandi et alia faciendi in predicto gasto non cultivato prout hactenus consuevit habere et non ultra et eo modo quo consuevit habere, juribus tamen regie curie per hanc nostram pronunciationem non intendentes in aliquo derogare sed potius conservare. De quibus omnibus et singulis tam de processu quam de sentencia supradictis ad eternam rei memoriam dictus Giraudus nominibus quibus supra petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum Aquis in curte palacii regii, testes fuerunt ad hoc vocati et rogati et presentes dominus Guillelmus de Cabannis, miles, dominus Albertus Curaterii, jurisperitus de Aquis, Guillelmus de Cabannis, domicellus de Cavallione, et ego Raymundus Guillelmi, publicus in comitatibus Provincie et Forcalquerii a serenissimo domino Karolo secundo clare memorie rege Jerusalem et Sicilie comitatuum predictorum et Pedimontis comite notarius constitutus, qui predictis interfui, presens instrumentum ad requisitionem dicti Giraudi de Auriolo scripsi et signo meo et solito signavi,

R. (*seing*) G.

²⁵⁷ 46^e feuille.